

et. jur. civ.

1746

m



~~Von Herrn v. ... 1729~~

N. j. 2095^a

CAROL. FRID. WALCHII, D.

IVRIS PROFESSORIS PVBLICI IN
ACAD. GEORG. AVGVSTA

DE

TESTIS REO PARIS

PRAESTANTIA
IN IVRE GERMANICO

LIBER SINGVLARIS



IENAE

APVD VIDVAM CROECKERIANAM

CIDID CC LVI.

CAROL. FRID. WALCHII, D.
LIRIS PROFESSORIS PUBLICI IN
ACAD. GEORG. AVGVSTA

DE

TESTIS REO PARIS

PRAESTANTIA

IN IVRE GERMANICO

LIBER SINGVLARI



LENAE

APVD VIDVAM GROCHERIANAM

MDCCCXXV

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
CHRIST. HENRICO
L. B. DE
SENCKENBERG

SACR. CAES. MAIEST. A CONSILIIIS IM-
PERII AVLICIS

S. P. D

CAROLVS FRIDERICVS WALCHIVS



QVAMVIS ad excelsum il-
lum, DOMINE, dignitatis
ac honoris gradum sis pro-
uectus, vt in grauiſſimis negotiis ma-
ximisque pro maiestate imperii atque

):(2

utilita-

utilitate publica curis et excubiis omne
fere tempus consumere videaris; nun-
quam tamen deflectis oculos a littera-
rum tutela ac custodia; nec repudias
earum patrocinium. Quidquid respu-
blica TIBI tribuit otii, quantulumcun-
que sit, confers ad illarum salutem ac
si relaxare velis animum TEQUE dare
iucunditati, liberalissima hæc studia
TVÆ sunt deliciae: TVI amores.
Contemplatio consideratioque pristino-
rum potissimum iurium, rituum re-
rumque, a maioribus gestarum, natura-
le TVVM pabulum semper manet ac
permanebit. Efficit illa, vt ad magna
TVA in rem litterariam merita, iam
longe immortalitati tradita, quotidie ma-
gnus eorum accedat cumulus, quæ mu-
fas

utilitas

2 (1)

fas TIBI magis ac magis obstringunt:
nomen TVVM ipsis reddunt sanctum
ac venerandum posterisque æterna TI-
BI statuunt monumenta.

NISI hæ TVAE excubiæ pro salu-
te litterarum mihi fuissent cognitæ, non
sustinuissem, TVAM domum, VIR
PERILLVSTRIS, domum tot curis sol-
licitudinibusque obsessam litteratorum-
que hominum commune oraculum, quo
omnes confugiunt, vnde in suis rebus
dubiis responsum ferant, munusculo ad-
ire litterario; sed illæ erigunt tituban-
tem mentem meque persuasum habere
iubent, TE benigne interpretaturum
esse, quod mihi sumam. Perillustri
TVO nomini libellum confecro, in quo

met

):(3

confue-

consuetudinem, priscis temporibus potissimum usitatam; non tamen hodie penitus extinctam, consuetudinem, contra reum testem ei parem producendi, ex Germanicorum populorum iuribus, chartis publicis legibusque municipalibus pro virium ratione illustravi. Leue quidem opusculum; nec dignum tutela, in qua illud repono, TIBI offero; sed offero illud TIBI tamquam pignus pietatis gratique animi. Quum in itinere litterario, haud ita pridem confecto, Viennam me contulissem: tanta in TE fuit humanitas, vt mihi permitteres, quod dudum antea precatus eram atque optaueram, TIBI, viro, cui nescio, vtrum dignitatis gradus; an magnitudo meritorum ac doctrina maiorem

rem

rem tribuat splendorem, reuerentiam,
qua TE veneror, coram testificari.
Semper ad TE mihi patuit aditus:
summos mihi habuisti honores mi-
hique, ex TVIS, omni doctrinae gene-
re cumulatis, sermonibus yberrimos ca-
piendi fructus, fecisti copiam, praefer-
tim, quum mihi locupletissimam omni-
busque fere numeris perfectam biblio-
thecam atque in hac lautam illam diplo-
matum codicumque, manu exaratorum,
suppellectilem mihi aperire atque ibi
mecum multum tempus, licet grauis-
simis distentus esses negotiis, consumere,
TIBI placeret. Reliquorum TVORVM
in me meritorum commemoratione super-
fedeo, quippe illam pagella non sustineret
atque ego vererer, ne illa arrogans po-
tius;

tius; quam grata videretur. Omnia
hæc beneficia a tanto viro sunt profecta,
vt insolentiæ ipse me adcurarem, si de
compenfandis illis consilia inire vellem;
sed iustissimas etiam haberem causas,
ingrati hominis notam metuendi, si
vllam prætermitterem occasionem, TI-
BI declarandi, tam alta mente recon-
ditam esse gratiam TVAM, vt nulla
temporum longinquitate possit conuelli:
nedum oblitterari.

ACQVIESCE igitur, PERILLV-
STRIS DOMINE, in pietate et respice
animum, quo TIBI leuem hunc inge-
nii foetum trado. Ego vero pro TVA
incolumitate pia adhuc facio vota de-
umque precor, vt saluum TE confer-
uet

uet: vires TVAS, animi pariter ac
corporis, confirmet: abs TE TVA.
que perillustri domo omnia funesta omi-
na auertat hancque potius sartam te-
ctamque ab omni periculo tueatur, om-
niaque, quicquid suscipis, ex sententia
succedere iubeat. Sic tueberis imperii bo-
no diutissime amplissimum hunc dignitatis
gradum, in quem TE, PERILLVSTRIS
DOMINE, non fortuna; sed meritorum
TVORVM magnitudo prouexit. Habe-
bit et in posterum AVGVSTISSIMVS
IMPERATOR, TE, delicias suas: res-
publica strenuum propugnatorem, qui
eius salutem suis commodis ac rationi-
bus

LECTO

bus præfert: litteratorum coetus cu-
stodem ac vindicem integerrimum splen-
doris sui ac dignitatis. b Scribebam in
academia Ienensi, d. v. iduum septembr.
-mo anno post reparatam salutem

CIC IC CC LVI.



LECTO-



LECTORI BENEVOLO

S

Ex ingenti atque immenso campo, quem iuris Germanici studiosus sibi apertum forsan arbitratur, magnam illam legum patriarum intuens molem, in exiguum sane compellitur gyrum, quando paullo liberalioris sit ingenii atque ea, quæ illæ iubent, recte diiudicet. Quamuis ea sit apud nos iurium abundantia, ut, quod de legibus Romanorum quondam *EUNAPIVS*, idem de illis asserere liceret, ea esse *ἄριστος καὶ ἡλὼν πολλῶν*; plerumque tamen infecta quasi sunt iure Romano; nec ita casta atque integra seruata, ut solas patrias consuetudines: non adscitas atque accersitas ab exteris, complecterentur. Qui riuulos consectari malunt; quam fontes rerum quærere, omnia, quidquid in statutis reperiunt, iuri adscribunt Germanico; nec dispiciunt, unde ea hauserint legumlatores; sed cum his minime faciunt, qui non vulgarem; sed veram iuris Germanici notionem habent. Non adquiescunt illi, deprehendentes iussum aliquod in prouincialibus pariter ac municipalibus iuribus; neque illud referunt prius ad ius Germanicum; quam compertum habent, illud fuisse consuetudinem, maioribus nostris ante introductum ius ciuile vsitatam; vel ex hoc minimum haud repetitam; eo intentius vero talem contemplantur, etsi esset hodie penitus deleta. Parum quidem utilitatis adferre ipsis videtur labor iste; sed eius maximos capiunt fructus, siquidem
maio-

PRAEFATIO.

maiorum iurisprudentiam toto eius ambitu noscunt: inueteratas eorum leges discunt, e quibus multa con-
fectaria adhuc supersunt hisque egregiam lucem accen-
dere possunt.

HÆC quum communis est sententia prudentissi-
morum iuris Germanici interpretum, eorum tutelam
saltem augurari possum huic libello, in quo de lege
prisca forensi, reum teste, ei pari, esse conuincendum,
disputaui. — Morem illustraui, in Germania natum:
quem Germani tenuerunt per multa secula; antequam
peregrinis iuribus parere inciperent: qui ab horum
ratione penitus abhorret et itaque nulla ratione inter
adulterina iuris Germanici præcepta est referendus.
Fuit quidem ei cum plerisque patriis consuetudinibus
communis fortuna, ut in fugam quasi se conicere cogere-
tur, peregrinis iuribus in patriam penetrantibus; sed
dignus semper est nostra contemplatione. Hæc lex non
ita est extincta, ut nec reliquæ ostenderent, illam un-
quam viguisse. Viget adhuc in aliquot foris: in aliis
eius effectus reperiuntur. Vbi vero hæc consuetudo
radicitus est extracta: semper manent prisca iura, sta-
tuta, annalium monumenta ac diplomata, quæ illius
mentionem faciunt nobisque omnino sunt obscura; nisi
nobis nota sit præstantia testis reo paris, quam olim
habuit. Vale, LECTOR CANDIDE, mihi que pariter
ac studiis meis faue. In academia patria, d. v. iduum
sept. ann. MDCC LVI.



DE

DE
TESTIS REO PARIS
PRAESTANTIA
IN IVRE GERMANICO
LIBER SINGVLARIS

DE
TESTIS REO PARIS
PRAESTANTIA
IN IVRE GERMANICO
LIBER SINGULARIS



SECTIO PRIMA
DE ORIGINE AC VERA INDOLE
PARITATIS TESTIS CVM
REO

§. I.

PERMAGNI profecto sunt momenti in controuersis iudiciariis testimonia. Ex his illarum exitus ita pendet, vt cui litigantium fauent, ille vincat feliciter: is contra, cui aduersantur, caussa cadat forumque, vti arenam gladiator, sui ipsius sanguine cruentus, tristis relinquere cogatur. Constat hanc in rem quoque inter omnes promptumque est potissimum iis, qui forensibus in negotiis versantur, quantam adhibeat cautionem reus, vbi actor testem, quasi totius iudicii disceptatorem, producere velit quantumue illius litigiosus defensor consumat temporis; antequam id alteri permittat ac concedat. Priusquam testimonium dicere debeat testis, in eius vitam ante actam, mores animique indolem inquiri-

A 2

tur

tur tanta sæpe industria, vt si maximis sese contaminasset flagitiis, iudex haud curatius ea posset indagare eundemque aduersarius tot interrogatiunculis, eo spectantibus, similem ob causam pungit, vt habeat profecto testis, vbi ostendet præclaram suam patientiam. Narrare eum oportet, antequam de causa illum quærat iudex, quæ in controuersiam est vocata, quibus parentibus sit natus: quæ eius gens quæue familia: quæ religio, quam sit amplexus, quibus laboribus sit occupatus vnoque verbo: rationem quasi reddere debet iudici vitæ ante actæ a).

§. II.

QVVM in id solum ordinarie cogitationes suas conferunt nostra ætate causarum patroni, vt lites differant ac procrastinent infinitusque sit rerum forensium labor: nemini mirum videbitur, si illi etiam tum, quum probationem instituat et testes exhibeat aduersarius, occasionem adripiant, id quod intendunt, exsequendi; illas tamen quoque gentes, quæ omnes litium ambages adspernantur ac respuunt quam maxime, hæsitare, vbi disceptatio controuersiæ testi quasi committenda, omnesque περιστάσεις bene perpendere, maiorum nostrorum exemplum luculenter demonstrat. Quamuis Germani superua-

a) ad vnicum iurisconsultum lectorem ablegasse factum habeo, IO. SAM. STRY- KIVM, *diss. de interrogatoriis inepties*, Halæ ann. MDCCCII, habita.

peruacaneas iudiciarias sollempnitates studiose negligenter et, vt lites ad finem producerentur celerrime, operam darent; illi tamen haud ignorarunt, probationem, quocunque illa fieret modo, litis forensis caput esse ac fundamentum tantoque maiore cum cautione illam esse instituendam. Longe falleretur, qui Germanos testes sine omni delectu admisisse, arbitraretur; sed vti aliis in legibus; sic in iis, in quibus cautum est de testibus, prudentiam illorum legislatoriam debemus admirari. Tantum abest, vt admiserint ad testimonium, quos nostra ætas ab illo arcet; vt longius potius sint progressi: in testibus plura desiderarint hincque multos a fori aditu repulerint, quos hodie censemus testes idoneos omnique exceptione maiores. Facili negotio variorum eiusmodi hominum, qui olim sunt remoti, mentionem facere possem; sed sufficiat cum illustri DREYERO *b)* duplex eorum tantum genus nominare: alterum eorum, qui litiganti, aduersus quem producuntur, sunt dispares: alterum eorum, qui bona immobilia haud possident. Quis quæso audiuerit, etsi rerum iudicialium sit peritissimus, testem fidem non mereri; nisi reo: immo iudicibus æqualis sit bonaque immobilia habeat? nihilominus vtrumque, cum *comparitas*; tum *cespitalitas*, vti vocantur,

A 3

b) de cespitalitatis equi commentat. Kilonii c. 13
suo in testibus habilibus, cc. l. edita, §. II. p. 6.

in teste adesse debebat ex maiorum nostrorum sententia. De hac id iam comprobavit firmissimis argumentis DREYERVS c), cui nemo in hoc litterarum genere præripiet palmam, ita, vt operam oleumque perderet, qui noui quid de ea adferre studeret; eadem vero ratione maiores nostri comparitatem testium respexerunt atque explorarunt, num personam standi habeant in iudicio parique cum litigantibus fruantur statu. Probe cognouerunt nostrates, testem in lite idem posse ac valere, quod iudex: hunc ius: illum vero factum definire debere, ad ius adplicandum. Nullis itaque etiam testibus conuinci se passi sunt; quam coequalibus eadem ratione; qua nulli sententiæ morem gesserunt; quam ei, quæ lata erat a paribus.

§. III.

Si quis est, qui non penitus abhorret a iurisprudencia germanica; sed in ea paullulum modo est versatus: ille haud ignorare potest maiorum nostrorum legem, quam constanti vnaque fere voce omnes adprobauerunt: a qua nunquam aberrarunt quamue potius firmam tenuerunt quocunque tempore, *parem a pari esse iudicandum*. Quidquid seruitutem saperet, detestabilem tanquam pestem euitabant suumque summum bonum in libertate positum esse, credebant Germani. Ideo itaque memoratam regulam eos ad-

c) memorat. commentat.

adoptasse, mihi probabile videtur, ne quis ab alio; quam eo iudicaretur, cui ipse sponte facultatem hanc quasi dederit, vbi iudex eligeretur. Libens quidem concedo, id solam esse coniecturam; neque inquirō, qualem illa consequatur similitudinem veri; fatishabeo tamen, iam TACITI ætate eam formam fuisse iudiciorum, vt, qui sententiam ferebant, eadem essent conditione cum iis, qui iudicabantur. Quum scriptor iste Romanus, quis iura dixerit apud Germanos, tradit atque animaduertit, principes in pagis reddere iura, pergit *d)*: *centeni singulis ex plebe comites; consilium simul et auctoritas, adsunt.* Vocabulum: *centeni*, adulterinum quidem putant nonnulli interpretes, e quibus GEORG. CASP. KIRCHMEYERVM *e)*, FRIDER. BRVMMERVM *f)* atque illustr. GEORG. CHRIST. GEBAYERVM *g)* nomino; nostra tamen id haud interest. Siue retineant; siue remoueant hoc verbum critici: ex TACITI effato semper elucet, iudicium constitisse ex principe eiusue comitibus; aut adfessoribus, hosque, quum in plebem ferrent sententiam, ex illa quoque esse electos. Quem quidem morem sequentibus temporibus semper

d) de moribus Germanor.
cap. 12.

e) commentar. ad Tacit.
loc. cit.

f) de scabinis cap. 2. in
cuius opusculis p. 281.

g) progr. de iudiciis vet.
Germanor. p. 12.

per conferuarunt *b)*. Clientelis, quas feuda vocamus, introductis, causas ad illas pertinentes disceptasse iudicia parium curiæ, nec tironem fugit. De iis mentionem iam faciunt GVNTHERVVS *i)* atque OTTO *Frisingensis* *k)* functionesque multas continent iura feudalia, tam Longobardicum *l)*; quam Saxonium *m)* et Sueuicum *n)*; hosce vero pares ab eo nomen suum esse sortitos, quod sunt conuassalli eoque statu fruuntur, quem habet ille, qui in ius est vocatus, constans est opinio doctissimorum virorum: CAROL. DV FRESNE *o)* HENRICI SPELMANNI *p)*, HIER. BIGNON *q)*, ANT. DADIN. ALTESERRAE *r)*,
IO.

b) quos TACITVS vocat comites, illos esse scabinos; siue iudicii adseffores, in primis monstrant: FRID. BRVMMERVS de Scabinis cap. 2. in eius opusc. p. 242. HERM. CONRINGIVS diff. de iudiciis reipubl. Germanicæ in diff. academicis de rebus imp. German. p. 214. HENR. GOTTL. FRANCVS de iurisprud. veterum Germanorum, p. 12. 10. GOTTL. HEINECCIUS, libr. II. element. iur. german. tom. II. p. 356. CHRIST. GEORG. GEBAVERVS loc. excitat. aliique.

i) libr. VIII. Ligurin. v. 633.

k) libr. I. cap. 31. de gestis Friderici I. tom. I. script. rerum germanicar. CHR. VRSISII p. 424.

l) 1. feud. 10. 2. feud. 10. 20. 34. 49. 55.

m) cap. XVIII. in corp. iur. feud. perill. SENCKENBERGII.

n) cap. LXVIII. in corp. iur. feud. citat. p. 180.

o) tom. V. gloss. latin. p. 130. edit. Benedictinorum.

p) glossario archaiologico, p. 448.

q) not. ad Marculfum, tom. II. capitul. regum Franc. STEPH. BALVZII, p. 918.

r) libr. III. de ducat. et comitat. Gallie, cap. 9.

IO. AD. KOPPII s), IO. GEORG. ESTORIS t)
 ac GOTTF. DAN. HOFFMANNI u). Videmus
 itaque in iudicio parium curiæ pristinam il-
 lam Germanorum consuetudinem, quam TA-
 CITVS memorat, probe conseruatam ;
 sed non opus est nobis, in his subsiste-
 re. Ad ciuilia potius transgrediamur iu-
 dicia. Neque etiam in iis quemquam ; nisi
 a pari esse iudicatum, docet iam nos illustre
 effatum legis Alemannorum x) : *si qua rixa
 orta fuerit inter duos homines aut in platea ;
 aut in campo, et vnus alium occiderit et
 postea fugit ille, qui occidit et illi pares
 sequuntur eum vsque in domum suam
 cum armis et infra domum percussorem occi-
 derint, cum vno weregildo soluant eum, quum
 paribus in eo facultas tribuitur, de homici-
 dis iudicandi ; in capitulo vero Caroli*

A 5 Calui

s) de insigni differentia
 inter comit. et nobiles imme-
 diatos, p. 545. 550.

t) de ministerialibus, p.
 293.

u) diff. de iudicio par cu-
 riæ Wurtembergici vsu mo-
 derno, Tubingæ, ann. MD
 CCC LIII. edita, p. 7. Ad-
 das velim: IO. IAC. MA-
 SCOVIVM de paribus curiæ,
 Lipsiæ MDCCCXXXI. IO.
 GOTTL. HEINECCIVM
 element. iur. German. libr.
 III. tit. II. tom. II. p. 449.
 et V. C. GOTTL. AVG.

NIENICHEN diff. de vsu ho-
 dierno parium curiæ in feu-
 dis Germaniæ provincial.
 Giessæ, MDCCC LII. Ab-
 horret quidem ab hac sen-
 tentia IO. GE. WACHTE-
 RVS, in glossario, voce Bar,
 p. 118. atque adpellatio-
 nem parium curiæ a verbo
 germanico *bar*, virum no-
 bilem denotante, deriuat ;
 sed noui neminem, qui de-
 scenderit in WACHTERI
 sententiam, mihi quidem
 minus probabilem.

x) tit. XXXV.

Calui y) hæc legimus: *sodalis est caussa, ut illum inde familiariter non debeat admonere ante suos pares illum in rectam rationem mittat. Et ille iustum iudicium iustitiæ sustineat.* Inter illustres postea moris fuisse, ut illustres quoque ac reo æquales causas dirimerent civiles, ex charta, quam in lucem produxit primus IO. PETRVS DE LVDEWIG z) aliisque clarissimis exemplis, editis a duumuiris, de litteris ac rerum cum primis in Germania gestarum scientia præclare meritis, IO. NIC. DE HONTHEIM a) ac CHRIST. LVDOV. SCHEIDIO b) patet. Hæc vero consuetudo communis erat illustribus cum omnibus priuatis hominibus. Memoratu profecto digna sunt, quæ in charta *communie Belluacensis* anno *CIIC LXXXII.* exarata, apud CAR. DV FRESNE e) legi-

y) *cap. Carol. Calui ad Aquitanos ann. 1000 xxxvi.* ser, mit ihren anhangenden Insiegeln in an Schaden, vnd an der erber Lewt genueg, dem meines Herren Man sind, dem an dem Rechten gefessen sind. Delata hic est caussa, non feudalis mereque civilis, ad iudicium parium.

z) *reliquiis manuscriptor. tom. IIII. p. 300.* Sententia est, lata a Burggrauiio Turnæ, iudice dynastæ Walfsei, in qua absoluitur debitor illustris chirographarius propter absentiam actoris. Memorat ibi iudex, se pares consultasse de iure: *da fragr ich meines Hiern man, vmb dem an dem Geding sassen, additque in fine: vnd des sind auch gezeug meines Herren man Herr Seydel Eyd-pelbach vnd Hans der Gan-*

a) *histor. Treuirens. diplomat. tom. II. p. 7.*

b) *in der historisch diplomatischen Nachricht vom hohen und niedern Adel, p. 120.*

c) *gloss. med. et infim. latinizat. tom. V. p. 145.*

legimus: *tredecim pares in communia eligantur*, aliaque, quæ idem summus vir de *paribus communiarum* profert. EYCKE DE REPGOV *d)* haec tradit: *Schöpffenbarfrey Leut mügen wol vrteyl finden vber ytzlich man. Es mag vber sie kein man vrteil finden, das an yhren Leib oder an yr ehre gebet, oder an yr Erbe, noch yr vrteil schelten, er sey dann ebenbortig; iudicia autem Meyerdingica, Probstdingica, Hagerdingica aliaque colonaria paribus colonis, adfessoribus quasi, etiam hodierna ætate stipari*, FRID. ES. PVFFENDORFIVS *e)*, IO. SCHILTERVS *f)*, IO. GVIL. DE GOEBEL *g)* et V. C. GOTTFR. DAN. HOFFMANNVS *b)* satis erudite monstrarunt. Et cur nec ad sanctionem Henrici I. regis Angliæ, prouocarem *i)*, quum consensus iurium vicinorum populorum ac Germanorum constat inter omnes? *Vnus quisque per pares suos, inquit, iudicandus est et eiusdem prouinciæ; peregrina vero iudicia modis omnibus submouemus.* Legas: IO. GOTTL. HEINECCIUM *k)*, IO. GEORG. ESTOREM *l)*, IO.

d) libr. II. *specul. Saxon.*
art. XII.

e) *iurisdiet. German. part.*
III. sect. III. p. 139.

f) *de curiis Germanor.*
dominical. §. XXV.

g) *de iure et iudic. rusticor. fori Germaniæ, cap.*
VIII.

b) *de vsu moderno iudicii parium curiæ Württembergici, p. 24.*

i) *cap. XXXI.*

k) *elem. iuris germanici, tom. I. libr. I. tit. I. p. 14.*

l) *de iudicio principum, p. 5.*

IO. STEPH. PUTTERVM *m)*, ac GOTTFR. DAN. HOFFMANNVM *n)*.

§. III.

His expositis, facili iamiam negotio reperire possumus consuetudinis initia, reum nemine; nisi ipsi æquali teste conuincendi in iudiciariis controuersis. Repetendam nimirum arbitror illius originem ab antiquissimis temporibus, in quibus e plebe iudicii adsesores coeperunt eligere, qui plebem iudicarent. Largior, TACITVM nihil de testibus memorasse; attamen quum scimus, viros, qui iudicium conficiebant, debuisse esse partibus litigantibus æquales, in eo adquiescere possumus. Eo ex consilio id esse constitutum, ne vlllo modo libertas populi infringeretur, iam supra tradidi; quum vero hunc haberent scopum, sponte ex eo sequebatur, vt quod de iudiciariis personis: idem statuerent de testibus. Semper maioribus nostris fuit opinio, testem in iudicio eiusdem esse ponderis, quod habeat iudex. Eam ob rem litigantes testes haud produxissent; sed eos potius electos esse a iudice, in capitularibus *o)* sancitum et in leges Langobardorum videmus translatum *p)*: *vt quancumque testes ad rem quamlibet discutiendam*

m) elem. iuris germanici, tom. II. p. 449.

n) loc. cit.

o) libr. III. §. 78.

p) libr. II. tit. LI. §. 5.

videas IO. GOTTL. HEINECCIUM elem. iur. germanici, tom. II, libr. III, tit. VI, p. 539.

rendi atque eligendi sunt, a missis nostro et comite, in cuius ministerio de re qualicumque agendum est, tales eligantur, quales optimi in ipsa pago inueniri possunt. Speculum Saxonicum semper testis ac iudicis munia coniungit q): freye Leut vnd des reichs dienstman die mögen für dem reich wohl gezeuge seyn vnd vrteil finden durch das, das sie hulde thuen ybr yglicher nach seinem recht, et alio loco r): da mag wol itzlich man wol vrteil finden vnd gezeug seyn; nec aliam; quam magnam de teste opinionem, causam possumus diuinare, cur ipsi iudici, adfessoribus, adparitori, iudiciariisque hominibus cum primis libentes deferrent testis prouinciam. Patet hoc promptumque est omnibus. Qualem fidem habere debeat iudex adparitori, definit in speculo SAXO s). De testimonio scabinorum atque adparitoris vterque, cum SAXO t); tum SVEVVS v) multa profert. Iura cimbrica loquuntur, de testimonio *derer Hardsmänner* x); nonne vero illa testimonia in iudiciis

q) libr. III. spec. Saxon. cap. XIII. tom. III. thesaur. ant. 19. antiquit. reutonicar. IOAN.

r) libr. III. specul. Sax. SCHILTERI, p. II. Addatur cap. 184. p. 109. vbi

s) iur. prouinc. Saxon. libr. I. art. 8. libr. III. art. 18. hęc legimus: *Swa Schöpfen sint, die muz man ze geziugen han vber alliu dink,*

t) iur. prouinc. Saxon. libr. III. art. 18. *diu in der Stat geschebent.*

v) iur. prouinc. Alemann. x) Reg. Frider. II. Handvesting, ann. 1439. art. XXVI.

Exstat

iudiciis septentrionalium potissimum populorum consueta, quæ vocantur *die Dingewinden*, de quibus satis copiose disputarunt IOACH. BLVTINGIVS y) et HENR. BROCKES z), testimonia fuere iudicialia? Cui quum accedit, quod in iudiciis clientelaribus uti ad dirimendas lites solos pares curiæ admiserint; ita nec alios testimonium dicere passi sint, teste iure feudali Alemannico a): *der herre sol des getzuge nemen die zu dem Herschilte geboren sint vnd yens getzuge nit ac iure, quod vocatur Richtstich Lehnrecht b): So vrage de bere, wo se dat betüger scholen. So vintme met ses bederven mannen de tho dem Herschilde geboren sin.* Quis quæ so in ciuilibus iudiciis testes cogitare potest dispares, quos ab omnibus iudicantium partibus ab antiquissimis abhinc temporibus exclusos

Exstat in CANVTI KOPSEN, *libr. I. iuris Danici et Iutici*, translati in perillustr. IOACH. ERN. DE WESTPHALEN *monum. inedit. tom. IIII. p. 1823.*

y) *observat. iuris cimbrici obs. VIII. tom. III. monum. inedit. perillust. DE WESTPHALEN, p. 1204.*

z) *diss. de veterum Dingewinde*, hac in academia ann. MDCCCLIII. in lucem emissa.

a) *iure feudali Alemann. cap. 2. in corp. iur. feudali.*

SENCKENBERGIANO p. 20.

b) *Richtstich Lehnrecht, cap. XXIII. loc. citat. p. 326. Confer: IAC. SCHILTERVM, not. ad ius feudali Alemann. cap. 46. sq. CASP. HENR. HORNIVM, iurispr. feudali. cap. XXV. p. 457. IO. CAR. HENR. DREYERVM, de cespitalitatis in testibus habilibus requisito, §. XXIII. p. 97. et BURC. GOTTH. STRVVIVM, elem. iuris feudali, cap. XVIII. p. 495.*

clusos esse constat? Probabile potius est, legem nostratium: parem a pari esse iudicandum, originem dedisse *comparitati testimonium* hancque eodem tempore esse introductam, quo illam cooptarunt Germani.

§. V.

SATIS arbitror explicatam originem regulæ: parem paris testimonio esse conuincendum: illius iam naturam ac veram indolem consideramus. Luculenter quidem ex his perspeximus, iudices solum testes admisisse reo pares; quinam vero illi sunt *pares*? In diplomate veteri Fuldensi, edito a IOANN. FRID. SCHANNAT *c)* vocantur *coæquales*: *ne cassari; aut infirmari vlllo modo possit hæc traditio, vel filiorum negligentia; aut cognatorum, testes sex numero coæqualium suorum delegerunt*; longe vero illustriora duo sunt loca iuris veteris Austriaci, circa annum *CIOCLXXX*. conditi, et a IO. PETRO DE LVDEWIG *d)* in lucem prolati. Quod quum generatim iudicem iubet prouidere, ne alius in reum testis; quam ipsius æqualis sumatur, hæc legimus verba: *so soll auch der Landesberr; noch kein Richter auf einen vnbesprochen Man nicht erzeugen, was im gegen seinen Leben; oder gegen seinen Ehren geben mag: man soll im nemen ain vnd zwanzig*

c) libr. III. trad. Fuldens. P. 583.

d) reliquiis manuscript. tom. IIII. p. 5.

zig Man seiner Genossen und Vbergenossen und soll sich daraus bereden nach Landesgewohnheit als Recht ist, atque alio loco e): Wob ain Mann vor Gericht zeug will sein vndt ain unversprochen Man seines Aydes nicht wieder treiben, schwört er darüber meines und will darnach aber Zeug seyn, oder Niemandt sprechen gegen seinen Leib; oder gegen seinen Ehren, den soll Niemandt recht wiedertreiben mit sieben unversprochen Mannen die sein Haussgenossen; oder Vbergenossen sein. Satis luculenter ex his perspicimus, pares, qui testimonium contra aliquem ferre potuerint, vocatos esse die Genossen; hæcce vox vero fuit antiquissima ac semper illam habuit vim ac potestatem, vt socium denotaret atque æqualem. Ita eam adhibuit elegans germanicus poeta, OTTERIDVS f):

Wio harto mer zimit iu,
ir genozon birut vntar iu,

Thaz ein andremo
fuazi wasge gerno

Quanto magis decet vos,
qui socii estis inuicem,

Vt altero alterius
pedes lauet lubens,

et TATIANVS g):

Inti bouhritun iro ginozzon

thie thar warun in andaremo s heffe

thaz

e) §. LVI. p. 43.

f) libr. III. cap. II. v. 98. thes. antiquitat. teutonicarum

g) cap. 19. §. 7. tom. II. 10. SCHILTERI p. 22.

thaz si quamum,
Et annuerunt sociis,
qui erant in alia nauis,
vt venirent et adiuuarent eos,
 cui addas OTTOCARVM HORNECKIUM b):
Ain Her mächtig und groz,
Yedoch waz ez nicht genoz
An der Zal der Franczoiser Her,
Exercitus potens et magnus;
non tamen erat par
numero Gallorum exercitui.

Neque vero post vocabuli huius notio est mutata. Conuasallos semper *Lebnsgeossen* esse dictos, notum est omnibus; eadem vero ratione illud ad alios homines est applicatum. De monachis loquitur *speculum Saxonicum* i): *wil er es darnach verleucken, man mag es auf yhn auch wol gezeugen on gericht der man selb sibend yberes genossen, der sich da begeben hat die yhn ynn diesem Leben haben gesehen.* IO. SCHILTERVS k) memorat eiu-
 nen eigenen Mann mit seinen genossen: einen buwer mit synen genossen. *Hausgenossen* media ætate fuisse homines, quibus ædes sunt communes, ad æs signandum, destinata docet ill. CHRIST. GOTTL. BVDERVS l). Quem tandem fugit, *genossenschaft societatem; glaubensge-*
 B nos-

b) *chronico austriaco, cap.*
 35. tom. III. *scriptor. rerum*
austriacarum, p. 46.

k) *gloss. teuton. tom. 1.*
 p. 642.

l) *de monetariis princi-*
pum ac ciuitatum Germaniæ,

i) *libr. II. artic. XXII. Ienæ MDCCCLII.*

nossen, bundsgenossen, ebe-genossen, eidsgenossen, semper esse focios? Quod si scimus: facile quoque diuinare possumus, qui fuerint *die Vbergenossen* et *die Vngenossen*. Qui alteri in statu eius antecellebat, huius erat *Vbergenossener*; qui vero alteri in statu cedebat, ei nomen fuit *eines Vngenossenen*. Videantur: VLRICVS ZASIVS m), MATTH. WAEHNERVS n), IVST. GEORG. SCHOTTE-LIVS o), IO. SCHILTERVS p), HIER. PEZIVS q) ac IO. GEORG. WACHTERVS r).

§. VI.

CERTVM ac diu exploratum est, nos, si de *paribus*, *coequalibus*, *denen Genossen*, loquamur, semper ad statum quemdam respicere, in quo illi conueniunt, eosque *pares* vocari, qui in vno saltem conspirant, quamuis in altero inter eos sit discrepantia. Vt exemplo rem faciamus clariorem, Caium Semproniamque pares dicere possumus, propterea quod vnam habeant patriam; eosdem vero iure quoque dispares vocamus, diuersum illorum intuentes sexum. Quæ quum ita sint: haud quidem quis fallitur, si Caii parem illum nominat, qui cum Caio vnum habet statum, eiusque im-

m) *libr. 1. consil. 12.*

n) *obseruat. practicis, voce: Vngnossame.*

o) *de iuribus singular. German. p. 351. sqq.*

p) *glossar. reuton. p. 642.*

q) *glossar. in Ottocarî*

Horneckii chronicon, adiectum tom. III. script. rerum austriac. voce Genos.

r) *glossar. german. tom.*

I. p. 559.

parem, qui statum habet, quo non fruitur Caius; nequaquam tamen hancce paris notionem hoc loco possumus adhibere. Si id fieret, ex eo sequeretur, vt qui ab altero in statu quodam differunt, contra illum testimonium dicere haud possent ideoque nec in causa serui ad id admittendi essent liberi; id quod tamen est falsum. His quum accedit, quod ex sententia iuris Austriaci prouincialis s) ad testimonium ferendum idonei sint non modo *die Genossen*; verum etiam *die Vbergengenossen*: non tam angustis terminis circumscribere debemus notionem *paris*. Distinctione potius quadam nobis hic est opus. Qui producitur testis, habet *vel* statum cum reo communem; *vel* alienum. Si *prius* cogitamus, eum *paris* nomen mereri, nemo dubitabit; si *posterius* accidit, status iste *vel* testi præ reo tribuit dignitatis gradum; *vel* id haud efficit. Illo in casu etiam testem reo adpellamus *parem*; non vero in hoc, siue conditionem habeat testis inferiorem; siue similem. His præmissis, facili ratione iamiam indagare possumus, qua ratione definiendi sint *pares testes*. Illi sunt testes, *qui eundem statum habent, quem habet is, contra quem producuntur; vel illo adhuc eminentiorem*. Hac ex descriptione sequentia deriuamus coniectaria: I. si is, contra quem producitur

B 2

testis

s) rom. 1111. *reliqu. manuscript. p. 5. 21.*

testis, intuitu certæ diuisionis hominum, v. c. in *liberos ac seruos: indigenas ac peregrinos* statu fruitur eminentiori, eundem statum habere debet testis: II. si statum habet testis, quem reus non habet; qui tamen testi præ reo tribuit præstantiam aliquam: id non impedit; quo minus testimonium dicere queat: III. si testes statum habent proprium, conditione rei vel non excellentiorem; vel inferiorem: illi sunt testes impares hincque nec habiles ex sententia legum Germanicarum ad ferendum testimonium.

§. VII.

HISCE præmissis, facile indagare posse mihi quidem videor, quibus in causis testis reo æqualis esse ac cum eo vno eodemque statu frui debeat quibusue in causis id haud sit necessarium. Quum testi *paris* nomen tribuitur, et si quoque in superiori; quum reus, dignitatis loco est collocatus: tunc ad est causa, vbi testis non est æqualis hincque cum reo parem conditionem habere quidem potest; non tamen debet. Nam, qui in ius vocatur, non summum tenet dignitatis gradum; sed potius eum, qui alteri cedere debet. Vt rem corroboremus documentis atque exemplis, prouocare liceat ad seruos ac peregrinos. Quod si reus est e seruorum numero, statum habet, cui alius antecellit, status nimirum libertatis, quem optimo iure anteferimus seruituti.

Hæc

Hæc quum ita se habeant, testis quidem parem cum reo conditionem, atque item feruile iugum ceruici impositum habere potest. Quamobrem speculator Saxonicus non sine ratione dicit t): *Spricht er aber, dass er sein eingeborner eigen sey, er mus ihn behalten auf den heyligen mit zweyen seynen eygen mannen.* Ex eo tamen haud colligere possumus, vt testis feruus esse debeat. Ingenuus potius etiam testis est locupletissimus contra feruum. Idem obseruabis de peregrinis. Infra demonstrandi locus erit, quanti aestimauerint Germani omni tempore ciuitatem quantoue in honoris loco positos se esse crediderint, vbi ciuitate fruarentur. Patet ex eo clare, peregrinorum conditionem ita fuisse comparatam, vt aliorum status ei longe antecelleret, statum puto ciuium. Testimonio itaque peregrini actorem quidem vti posse contra alium peregrinum, variis in iuribus est cautum hincque in codice antiquissimo iuris Lubecensis u) legimus: *en gast mach wol thuiigen oppe den andern.* Apud Bremenses x) statutum est: *desgeliken mach ein gast mit 2. gasten einen gast vortuigen,* quod etiam adoptarunt Verdenses y).

B 3

Recte

t) *libr. III. spec. Sax. artic. XXXII.*

u) *art. CXXVIII. tom. II. monum. inedit. rerum Germanicar. perillustr. DE WESTPHALEN, p. 654.*

x) *statuta vndt ordele der Stadt Bremen, ord. XXXII.*

tom. II. obseru. iuris vniuers. PVFFENDORFFII p. 87.

y) *statut. Verdens. LXV. tom. I. obseru. memor. p. 100.*

Recte hæ leges solum de *mögen, posse,* loquuntur. Permittunt id potius; quam iubent. Hanc ob rem sancitum est in statutis ciuitatis Salzwedel z): *si vero aliquis de terris nostris, qui non est ciuis in Saltwedele, accusatur ab aliquo ciue in Saltwedele, cum testibus incusatus, poterit se defendere cum testibus, undecumque sint, dummodo sint homines fide digni;* alia vero ciuibus quoque permittunt, testimonium exhibere. Ita enim Lubecenses a): *mer börgere mögen wol tugenz uppe geste* et Bremenses b): *ein Borger mach tuigen op einen gast mit twen andern Borgeren unbespraken ores Rechtes, also hochalse de Schult lopt, dat buten ofte binnen Bremen is gescheen.* Si actio itaque contra eiusmodi homines instituitur, testis non parem conditionem habere debet.

§. VIII.

Quum hoc in libello de iis tantum causis sit sermo, in quibus testem cum reo vnum statum habere oportet: missas iam facimus istas controuersias, de quibus adhuc disputauimus nosque propius ad illas conuertimus, in quibus reus talem in certo statu tenet gradum, vt nullus ei antecellat. Quum supra iam traditum est, hoc in casu testem eandem habere debere conditionem: videmus nunc clare, qualis sit differentia inter supra

z) *statut. ciuit. Salzwedel,*
tom. III. *obseruat. memorat.*
p. 399.

a) *loc. citat.*

b) *loc. memorat.*

supra memoratas atque has causas. Sicuti in illis testis reo æqualis esse potest; attamen ad testimonium quoque admittitur superior: ita in his par esse debet omnesque alii repelluntur a testimonio. Hæ sunt causæ, quas animo nunc contemplabimur proprius. Quum status, in quo pares debent esse reus ac testis, multiplex est ac varius variasque hominum procreat diuisiones: testis mox in illo; mox in hoc summum adscendere debuit gradum pro ea conditione, quæ tribuit præstantiam reo. Singulos itaque necesse est, vt perlustremus status, eos nimirum, quorum ratio haberi solet in iudicio. Qui quum efficiunt, vt homines distribuuntur in LIBEROS ac SERVOS: PAGENSES atque EXTRANEOS: LAICOS ac CLERICOS: CIVES ac PEREGRINOS: VIROS ac FEMINAS: hisque semper illos, in ciuili saltem iudicio, præferunt Germani: in eo nunc operam collocabimus, vt monstremus I. vbi reus fuerit liber, ibi testem debere esse liberum: II. vbi agatur contra pagensem, eum pagensis testimonio esse conuincendum: III. vbi reus sit laicus: ad laicorum solum testimonium esse prouocandum: IIII. vbi in ius vocetur burgensis, testem frui quoque debere ciuitate et V. vbi reus sit vir, eundem sexum habere debere testem.

SECTIO SECUNDA
DE LIBERO CONTRA REVM
LIBERVVM TESTE

§. I.

SATIS superque supra monstratum est, testem, si præstantiori fruatur statu ille, contra quem producitur, eundem quoque habere debere. Quam regulam quum tenuerunt Germani firmam ab antiquissimis temporibus: nemini mirum esse debet, in vetustissimis quoque eorum legibus scitum esse atque institutis: SI LIBER EST REVS; LIBER QVOQVE ESTO TESTIS. Primum profecto erat confectarium, deductum ex supra memorata regula, de quo loquuntur prima fere, quæ in Germania condita sunt, iura, quodue nostratibus semper sanctum esse ac religiosum, visum est.

§. II.

BVRGVNDIONES primum nomino, qui clare atque aperte in legibus suis sanxerunt, ne quis contra ingenuum admitteretur testis; nisi quoque libertate frueretur. Hæc enim in iis legimus c): *ceterum si quis post hæc barbarus vel testari voluerit; vel donare, aut Romanam consuetudinem; aut barbaricam esse*
ser-

c) tit. LX. §. I. in corp. iur. Germ. PETR. GEORGISCH, p. 382.

seruandam, sciat si vult aliquid firmitatis habere, quod gesserit, id est aut scripturis legitimis, quod largiri cuicumque voluerit, teneatur, aut certe quinque ingenuorum testimonio, quod dimittere voluerit vel donare, robur accipiat et in eius, cui res deputata fuerit, iura commigret. Longe ante idem statuerant, qui sacris præessent, quum in decretis, factis in conuentibus publicis, cauerent, ne serui testimonium exhiberent. Iam in concilio Carthaginensi *d*) cautum erat, vt omnes serui; vel proprii liberti ad adcusationem haud admitterentur; ad testimonium vero, qui nec ad adcusationem, haud admitti præcepti essent. Idem de concilio Africano refert RHABANVS MAVRVS *e*) ideoque etiam eandem sanctionem in codicem canonum ecclesiæ Africanæ videmus translata *f*).

§. III.

SEMPER quum sancta fuerint eiusmodi sacrorum senatum consulta regibus Francorum; non potuit fieri; quin illi adprobarent, quod iam pridem imperatum esset a Burgundionibus idemque, licet taciti, iuberent, quum hoc in casu seruos a testimonio remouerent contra liberos. Arcebant

B § ab

d) concil. Carthag. VII. cap. 4. tom. I. concil. HAR- DVINI p. 1250.

e) libro pœnitentiæ, cap. 10. qui exstat in IAC. BAS- NAGII thesaur. monumentor.

ecclesiasticor. et historicorum tom. II. part. II. p. 300.

f) cod. canonum eccles. Africanæ, tom. I. bibl. iur. canonic. IVSTELLI et VON- ELLI, p. 398.

ab illo non modo seruos; verum etiam libertos. Qui in memoriam reuocat, quod TACITVM iam tradidisse constat g): *liberti non multum supra seruos sunt. Raro aliquod momentum in domo: nunquam in ciuitate, atque vna considerat, neque id post esse mutatum, teste lege Longobardorum h): libertorum demum abnepotes ad eum libertatis gradum adscendisse, vt fulfreales, vollfreye, qui plenariam consequuti sunt libertatem, sint dicti: hinc illos hereditatem adire haud potuisse i); neque iure testamentifactionis vfos esse k): quid? quod miseram illorum conditionem sentire nostra ætate adhuc rusticos l): ille non mirabitur, libertos non dignos esse iudicatos, qui testimonium dicerent contra libe-*

- g) de mor. German. cap. hominib. propriis, sect. 1. art. 7. tom. II. opusculor. p. 163.
 25. h) libr. II. tit. XIII. CHRIST. THOMASIVM de leg. 17. homin. propriis et liberis
 i) capitul. libr. VIII. cap. Germanorum, p. 47. IO. 257. FRID. POLAC *Systemat. iurisprud. German. antiquæ, LVIII. §. 4. Conferas: libr. I. cap. 3. et IOANN. PAULL. HACHENBERGIVM in Germania media, citat. aliosque.*
 k) leg. Ripuariorum, tit. risprud. German. antiquæ, LVIII. §. 4. Conferas: libr. I. cap. 3. et IOANN. PAULL. HACHENBERGIVM in Germania media, citat. aliosque.
 l) vide: DAV. MEVIVM von dem Zustand, Abforderung und verwiederter Abfolge der Bauersleute et illustr. BOEHMERVM de imperfecta libertate rusticorum per Germaniam, Halæ c. 10. IO. NIC. HERTIVM de ce XXXII.

liberos. Serui numerantur clare in capitularibus *m)* inter illos, qui in palatiis regum ad accusandum et iudicandum et testimonium faciendum non se exhibeant ac in legibus Wisigothorum scitum est *n)*: seruo penitus non credatur, si super aliquem crimen obiecerit; aut etiam, si dominum suum in crimine impetierit. Idem prohibitum est de libertis variis in locis. Burgundiones rem quidem non accurate definiunt libertosque solum excludere videntur, ubi ingenui non possunt testari *o)*: libertus etiam, aiunt, si competens ingenuorum numerus defuerit, patimur testimonium perhibere; clarius vero loquuntur capitularia *p)*: libertus et liberta in nullis negotiis contra quemquam testimonium dicere permittantur, exceptis illis causis, in quibus ingenuitas deesse, sicut praemissum est de seruis. Quia indignum nostra pensat clementia, ut libertorum testimonia ingenuis damna incutiant. Qui vero ex iisdem fuerint progeniti, ad testimonium a tertia generatione admittantur. Profecto haec verba, libertos ad testimonium inhabiles esse, declarant, ita, ut maiore probatione non sit opus, quumque de omnibus libertis sermo est, sine eorum delectu:

m) capitular. fragment. quæ transtulit STEPHAN. BALVZIVS in tom. II. capitular. regum Francor. p. 362.

n) leg. Wisigothor. libr.

II. tit. 4. leg. 4. p. 1897.

o) loc. cit.

p) capitular. circa ann. 13 CCXXXIII. in corp. iuris germanici PETR. GEORGISCH, p. 496.

lectu: ex eo colligimus, neque illos libertos, qui ingenui sunt declarati quiue ita manumissi, *ut deinceps tanquam si ab ingenuis parentibus fuissent procreati; vel nati, vitam ducerent ingenuam q)*, testimonium ferre potuisse. Illorum quoque conditionem multo deteriorem fuisse ingenuorum statu omnesque libertos promiscue *ingenuos esse dictos*, obseruant PAVLL. HACHENBERGIVS *r)*, CAR. DV FRESNE *s)* et IOANN. GOTTL. HEINECCIUS *t)*. Tanta cura seruari voluerunt maiores regulam: *contra liberum liber testis esto*; neque vero eam neglectam esse, chartæ docent publicæ, non sine ratione monentes, si cui-dam negotio testes interfuerint, illos existisse liberos. Ita in tali diplomate, ann. 1000 CXXXVI. conscripto et a IO. PISTORIO *u)* primum publici iuris facta, Theodmarus, se tradidisse, refert, bona quædam monasterio Fuldensi, *praesente abbate et omni cætu monachorum nec non et his liberis testibus*. In alia charta apud IO. FRID. SCHANNAT *x)* liberinominantur *laici, qui eius rei, de qua sermo*

q) hæc est loquutio, quam in plurimis manumittendi formulis reperimus exhibitam a MARCVLEO, *libr. II. formular. art. 32. 33. libr. III. art. 13. tom. II. capitul. reg. Franc. p. 423 et 444.*

r) *german. media, diff. II.*

p. 38.

s) *loc. citat.*

t) *element. iuris German.*

tom. I. libr. I. tit. 18. p. 18.

u) *libr. II. tradit. Fuldens.*

p. 533.

x) *vindem. litterar. coll.*

I. p. 54.

fermo est, *fuere adstipulatores*. Idem fit in duobus aliis diplomatibus apud laudatum virum, quorum vnum y) anno eodem; alterum z) vero triginta quatuor annos post est exaratum.

§. IIII.

SATIS clare, spero, ex his patet, in causis ingenuorum ingenuos solum fuisse testes; neque vero hæc regula caruit exceptionibus. Quodsi oculos coniciamus in seruos, triplex eorum fuisse genus, nec tironi in iurisprudencia ignotum esse potest. Alii erant serui regis; aut fiscalini, quos decretum THASSILONIS a) *Adelschælcke*; alia vero litterarum monimenta *Konigsleute*, *Fiscalleute* vocant: alii serui ecclesiastici; siue ecclesiæ mancipati, *Gotteshausleute*, *Klosterleute*, *S. Peters Leute*, *des H. Creutz Leute*: alii mancipia priuatorum. De his non dubium est; quin sine vilo delectu remoti sint a testimonio; diuersa vero ratio erat seruorum fiscalinorum atque ecclesiasticorum. Illorum conditionem longe meliorem

y) *loc. memorat.* p. 60.

z) *vindem. litterar. collect.* II. p. 1. conferas: CHR. VLR. GRVPEN, *disceptat. forens. cum obseruat. obseru.* II. p. 701. Eius modi quidem chartas exhibet quoque perillustr. VAL. FERD. DE GVDENVS, *tom. III. codic.*

diplomat. p. 855. et 1053. quum tamen in iis opponuntur liberi ministerialibus, per liberos homines intelliguntur, qui ministerialis partibus haud sunt functi.

a) *decret. Tassilonis* §. 7. p. 330.

rem fuisse; quam aliorum seruatorum, exploratum habemus. Suum habuerunt weregeldum *b)*: inire potuerunt cum liberis matrimonia, salua illarum libertate *c)* aliisque iuribus prærogatiuis sunt vñ, quod scimus cum ex ipsis legibus; tum ex iis, quæ tradiderunt: IOACH. VADIANVS *d)* BEATVS RHE-
NANVS *e)*, STEPH. BALVZIVS *f)*, IO. NICOL. HERTIVS *g)* et IO. GOTTL. HEINECCIUS *h)*.
Quæ quum tribuerentur seruis fiscalinis: im-
mo reges persuasum haberent, ad ipsos re-
dundare honorem, qui fieret seruis ipsorum,
vt ex sequentibus verbis elucet *i)*: *de li-
beris hominibus, qui vxores fiscalinas regias et
de feminis liberis, quæ homines similiter fisca-
linos regios accipiunt, vt non de hereditate pa-
rentum; vel de caussa sua quærenda; nec de
testimonio pro hac re abiiciantur; sed talis et-
iam nobis in hac caussa honor seruetur, qualis
et antecessoribus nostris, regibus, vel imperato-
ribus, seruatos esse cognoscitur: hosce seruos
dignos quoque putarunt, qui testimonium
ferrent contra liberos. Ita enim sanxerunt
Burgundiones *k)*: nam et inter ingenuos et-
iam*

b) loc. citat.

c) libr. III. capitular. cap. 16. in corp. iur. germanic. GEORGISCH p. 1349.

d) libr. II. de colleg. monasteriisque German. p. 75.

e) libr. II. rer. germanor. ed. IAC. OTTONIS, p. 290.

f) not. ad capitular. reg.

Francor. tom. II. p. 1182.

g) de hominib. propriis, sect. I. §. 3. tom. II. opusc. p. 163.

h) loco memorat.

i) libr. III. capitular. §. 16. p. 1349.

k) leg. Burgund. tit. LX. §. 2. p. 382.

iam seruatorum nostrorum oportet testimonium
admitti, dummodo compositi manu eius, qui
dimittere aliquid voluerit; vel donare, cui ad-
dendæ sunt leges Wisigothorum, siquidem
idem seruis regiis promittunt l): exceptis
seruis nostris, qui ad hoc regalibus seruitiis man-
cipantur, ut non immerito palatinis officiis li-
beraliter honorentur, id est, stabulariorum, gil-
lonariorum, argentariorum, coquorum quoque
præpositi; vel si qui præter hos superiori ordi-
ne; vel gradu præcedunt; quos tamen omnes et
regia potestas iugiter non habet incognitos et
et nullis eos esse constat prauitatibus; aut cri-
minibus implicatus. Quibus utique vera di-
cendi; vel testificandi licentia sicut et ceteris
ingenuis hac lege conceditur. Hæc de fisca-
linis seruis: restant ecclesiastici. Quemad-
modum recte obseruat BEATVS RHENA-
NVS m): sed fiscalini ecclesiasticos priuilegiis
vincebant; ita his tantum fiscalinorum condi-
tio sæpe tribuebatur teste priuilegio, a Ca-
rolo magno abbatiæ Prumiensi dato, apud
IO. NIC. DE HONTHEIM n): clementiæ regni
nostri petierunt, ut ipsi homines, quem dominus
et genitor noster bonæ memoriæ Pipinus quon-
dam rex ad ipsum monasterium concessit vel de-
legauit, in ipsa tenore et consuetudine, sicut antea
fuerunt et ceteri fiscalini sunt nostri, ideoque nec

l) libr. II. tit. IIII. §. 4.

p. 1897.

m) loc. memorat.

n) histor. Treuirens. diplo-
mat. et pragmat. tom. I.
p. 136.

de seruis ecclesiasticis generatim decretum erat, illos esse ad testandum habiles. Certum id habemus atque exploratum; nonnunquam tamen etiam ecclesiastici serui testes sunt iudicati idonei c). In lucem saltim protraxit chartam IO. FRID. SCHANNAT p), quæ de donatione, coenobio Herbipolensi, memoriæ Stephani sacro, a milite de Northeim facta, loquitur. Ei tanquam testes interfuisse traduntur *de familia vero sancti Stephani Ezelin, Rudolpb, Gerrieh, Hemmo et alii plures*; Ludouicus vero VI. Franciæ rex, seruis ecclesiæ Parisiensis permisit, *vt in omnibus caussis, placitis et negotiis aduersus omnes homines tam liberos; quam seruos liberam et perfectam haberent testificandi et bellandi licentiam q)*, si quidem non esset æquum, vt credidit Paschalis pontifex maximus r), *ecclesiasticam familiam iisdem* con-

o) recte enim animaduertit IOACH. VADIANVS *libr. II. de colleg. monasteriisque German. p. 75. ceterum regionum et ecclesiasticorum longe melior erat conditio.* Videmus nunc causam, cur coniungantur sæpius ecclesiastici serui cum regiis, cuius rei exemplum videas in *libr. v. capitul. cap. 230. p. 1461.*

p) *vindem. litterar. coll. x. p. 66.*

q) teste charta, quam inuenimus apud PHIL. LABBEVM *tom. II. miscellan. p. 597. LVC. D'ACHERY Spicilegio; siue collect. vet. aliquot script. tom. III. p. 481. edit. DE LA BARRE et STEPH. BALVZIVM libr. II. miscellan. p. 183.*

r) apud STEPH. BALVZIVM, *loc. cit. p. 182. Addas LVD. ANT. MVRATORIUM tom. I. antiquit. Ital. medii æui, p. 133. IAG. PETI-*

(TVM

conditionibus coerceri, quibus serui secularium hominum coercentur. Caue tamen existimes, Paschalis sententiam communi ore esse adprobatam. Hæc ipsa satis declarat, eiusmodi seruos non ubique fide dignos esse habitos. Ex illorum interim ac fiscalinorum exemplis scimus, seruos nonnunquam testimonium tulisse contra ingenuos: idem quoque contigit libertis. Patet id iam ex iis legibus, ad quas prouocaui, vt probarem, libertos esse testes inhabiles. Hæ enim semper excipiunt, vt illorum valeat testimonium, si ingenui haud adsint. Adiicio tamen his diploma apud IO. PETR. DE LVDEWIG s), nomine imperatoris Conradi II. ann. CIO C XXXII. conscriptum, in quo testes memorantur *Chadelboch et Cunradus Preifs liberti t).*

§. V.

Si progrediamur ad recentiorem ætatem et, quid ea de re statuerint Germani, dispiciamus: non infitiri possum, limpudum fontem iuris Germanici, speculum puto Saxonicum, etiam quid continere, vnde

C

pos-

TVM, ad *pœnitentiale Theodori*, p. 309. et CAR. DV FRESNE, *gloss. med. et infimæ latininitatis*, voce: *Seruus*.

s) tom. IIII. *reliqu. manuscript.* p. 244.

t) in negotiis extra iudi-

cium gestis serui cuiuscunque generis non quidem sæpe; aliquoties tamen adhibiti sunt testes. Eius rei documentum est charta, quam exhibet VAL. FERD. L. B. DE GVDENVS, tom. II. *cod. diplom. anecdotorum*, p. 35.

possimus haurire: REPGOVIVM nimirum eandem regulam, longe ante a Germanis adoptatam, conseruare studere: in caussa ingenui neminem; nisi ingenuum, testem esse posse. Respicio videlicet ad duo illustria REPGOVII effata, quorum vnum hoc est u): *wenn der erb widerstattung empfang; oder bürgwer worden: die schulde soll der Erb gelten, ob er es geinnert wird, als recht ist mit LXXII. mannen, die alle schöpfenbarfrey seyn; oder eelich gebobren Lassen; alterum vero x): we an sinemen Lene eder an Lifgbedinghe siner Moder eder Nichtelen öme egben tho seyht, he mot de eghentlicken Ghewere mit ses schepenbaren vryen Mannen thugen.* Nominat ibi Saxo caussas, in quibus certi tantum homines testimonium ferre possunt, illosque iubet esse vel *schöpfenbarfrey; vel eelich gebobrne Lassen.* Illos, *die schöpfenbarfreyen,* homines fuisse, qui ingenuitate fruerentur: ab ingenuis maioribus ad quartum vsque gradum essent procreati hincque existerent habiles ad partes scabinorum obeundas, discimus cum ex ipso speculo y): *kein schöpfenbarfrey man bedarf sein Handgemael beweisen noch*

u) libr. I. art. VI.

x) libr. II. art. XXXVII.

y) libr. III. art. 29. Adde libr. I. art. 2. Dreyer hande ist Vrybeyd, Schepenbabren Lude, de der Biscope send söken schullen, de

plechbaffren, der Domproueste, Landsetenen der Erzepreste. Verba hæc leguntur in codice Hameleni, ex quo illa retulit CHRIST. VLRIC. GRVPEN, obs. for. obs. II. p. 706.

noch seine vier anen benennen; tum ex veteri speculi interprete z): vnd auch nach Fronrechte; oder nach Weichbildemrechte so seyn auch schöpfenbarfrey, die zu dem Stuhl geschworen haben vnd auch alle dieienigen, die ynn dem Frone unbeschulden von yren vier anen sitzen vnd die man zu schöpfen welen mag. Adiiciendi his sunt alii fide digni scriptores, quos profertur: IO. SCHILTERVS a), FRID. BRVMMERVS b), IO. GOTTL. HEINECCIUS c) ac cum primis CHRIST. VLRIC. GRVPEN d). Hi erant ingenui; quinam vero sunt die eelich geborne Lassen, quos latinus interpres vocat legitimos latinos? Meminit illorum iam NITHARDVS e): gens, inquit, Saxonum omnis in tribus ordinibus diuisa consistit. Sunt enim inter illos, qui Edbilingi: sunt, qui Frilingi: sunt, qui Lazzi illorum lingua dicuntur. Latina vero lingua hoc sunt: nobiles, ingenui atque seruiles. Docet nos scriptor hic, Lassos non fuisse seruos; seruis tamen fere similes, id est, seruiles: qui igitur? Liberti, liberti, inquam, de quibus supra monstraui, eos non multum antecedere seruis.

C 2

Quum

z) gloss. ad libr. i. art. vi.

a) comment. ad ius feudale

Alemann. cap. i. §. 15. p. 32.

b) de Scabinis, cap. vii.

§. 5. in eius opusc. p. 334.

c) elem. iuris germanici,

libr. i. tit. iii. tom. i. p. 52.

d) disceptat. forens. cum obseruat. obseru. ii. p. 706.

Addas velim: IO. GEORG.

ESTOREM de ministerialibus

p. 218. et IO. GEORG.

WACHTERVV, gloss. rom.

ii. p. 1459.

e) libr. iiii. histor. quem

adiicit IO. GEORG. KVL-

PISIVS Aeneae Sylui histor.

Frid. iii. p. 104.

Quum mihi præ ceteris illorum opinio similitudinem veri consequi videatur, qui nomen *lassorum* ab *lassen*, manumittere, deriuant *f)*: iam ad originem vocabuli prouocare possum, vt probem, *lassos*, *lazzos*, libertos fuisse; neque vero nobis alia defunt documenta. Glossarium latino theodiscum hæc habet *g)*: *Libertini, frilatza*. Idem confirmat lex Baiuuariorum *b)*: *si cum manumissa, quam frilatzin vocant et maritum habet*; neque his obstat charta apud SCHOTTELIUM *i)* quæ *egene Lude; oder Laten* commemorat hominesque proprios ac *Lassos* eisdem statuit. Recte enim monet HEINECCIUS *k)*, sæpenumero æquiparatos esse libertos

f) hanc vim esse ac potestatem verbo: *lassen*, copiosius exponit IO. SCHILTERVS in *glossar. teuton.* p. 529. ideoque mihi quidem satis probabile videtur, ab hac voce dictos esse *lassos*. Idem statuit HACHENBERGIUS in *Germ. media*, p. 36. cum aliis; quidam vero aliter sentiunt. Quamuis nugæ sint, quas more suo etiam hoc loco profert speculi Saxonici interpres: *Lassen sein, die dy onser Elter sitzen liessen, do sie die Land bezwungen*; illas tamen sequuti esse videntur STILLERVS in *thesauro lingue German.* p. 1013. ac TE-

SCHENMACHERVS, *annal. Cluensibus, part. I. p. 74.* HENR. SPELMANNVS, doctissimus alioquin verborum scrutator, in *glossario archæolog.* p. 370. vna cum IUNIO, *obseruat. ad Wille-ram.* p. 242. e græco sermone, nescio qua ratione *lassorum* nomen deducit: quid? quod ab supra memorata sententia non abhorreere videtur IO. GEORG. WACHTERVS *glossario*, p. 930.

g) apud LINDENBROGIVM, in *glossario*, p. 1424.

b) tit. IIII. §. 10.

i) *singul. iur. Germania,* cap. 2.

k) *loc. cit.*

bertos seruis, quod illi haud meliore fruerentur conditione. Ex his itaque fatis euidenter constat, illos homines, quos *die schöp-penbarfreyen* vocauit REPGOVIVS, fuisse ingenuos; eos vero, qui nomine *dever Lassen* insigniuntur, libertos. Voluit igitur REPGOVIVS quibusdam in caussis, vt nemo; nisi sit ingenuus; vel minimum libertus, admitteretur ad testimonium. Quæ mira confessio huius iuris cum priscis legibus ac capitularibus! Neque vero hoc loco REPGOVIVM rem tradere commentitiam; sed consuetudinem potius vsitatam, charta docet, quam exhibet IO. PETR. DE LVDEWIG *m*). Continet hancce sententiam, a Guilielmo, marchione Misniæ, latam de ciuitate Brandenburg et nobili de Rochau: *so sollen sie ihr eigen erzügen und behalten mit sieben schepp-n-baren fryben luten, umbeschulten ihres rechten.*

§. VI.

PRAETER ius Saxonicum nullum aliud vidi, quod quæstionis: num seruus testimonium ferre possit contra ciuem; necne? mentionem faceret eamque decideret. Verum ta-

C 3 men

l) de his Lassis digni sunt, qui videantur: PAVL. WESTPHALEN, p. 641. et HACHENBERGIUS, *Germ. media, cap. II. p. 32.* OTTO SPERLINGIUS, *not. ad Adam. Bremensẽm, hist. ecclesiast. tom. II. monum. in-* edit. *rer. germanicar. DE WESTPHALEN, p. 641. et IO. GEORG. WACHTERVS, glossar. tom. I. p. 930.*

m) tom. VIII. reliqu. manuscriptor. p. 550.

men eius rei rationem facillime possumus diuinare. Quum seruitus in Germania multis abhinc seculis aboleuerit fere penitus nostraque ætate eius vmbra saltem relicta sit in hominibus propriis quarundam Germaniæ prouinciæ, vt id clare ostenderunt: IO. NIC. HERTIVS *n*), CHR. THOMASIVS *o*) atque IO. RVDOLPH. ENGAVIVS *p*), superuacanei operis culpam vix effugere potuissent legislatores, si iudices seruos ad testimonium admittere, vetarent, quum serui haud existerent. Accedit adhuc alia caussa. Recentiore ætate, vt infra monstrabimus, sæpe numero etiam ad testis ciuitatem respexerunt solosque ciues testimonium dicere sunt passi. Ex quo tempore hoc erat introductum: non necesse fuit mandare, vt testes essent liberi. Quum ciuitate haud fruerentur, qui dominio cuidam erant subiecti *q*), sufficiebat, testem esse ciuem. Ex eo enim sponte confectarium potuit duci, vt ille libertate quoque frueretur.

- n*) de *homin. propr.* sect. II. §. I. in *opusc. tom. II.* p. 164. Henne flüget vber die Mauer, quod illustrant: HERTIVS, *libr. II. paræm. II.* p. 601. et consult. EMMINGHAVSEN de *adquisit. et resignatione iuris ciuitatis*, p. 17.
- o*) *diff. de hominib. propriis*, p. 50.
- p*) *elem. iur. germ. libr. I.* tit. III. p. 45.
- q*) teste prouerbio: *keine*

SECTIO

SECTIO TERTIA
DE PAGENSI CONTRA REVM
PAGENSEM TESTE.

§. I.

SVPERVACANEVM foret opus, si multis do-
cumentis facerem testatum, iurisdictio-
nem Francorum tempore per totam Ger-
maniam fuisse demandatam comitibus ho-
rumque cuilibet certum prouinciæ tractum
adsignatum, in quo forum suum haberet.
Quæ quum tam nota sunt et cuius, alio-
quin in iurisprudencia hospiti atque extra-
neo, promta: supersedeo hoc labore moneo-
que tantum, eiusmodi comitis tractum vo-
cari latino sermone *pagum r)* ac huius
incolas *pagenses*, ideoque eos homines fuisse,
comitis cuiusdam iurisdictioni subiectos.
Quod quidem clare patet cum ex GREGO-
RIO *Turonensi s)*, qui dicit: *Vintrio dux a
pagensibus suis depulsus ducatu caret;* tum ex
ca-

C 4

r) lectorem hoc loco ab-
legasse sufficiat ad CAROL.
MEIBOMIVM de *utriusque
Saxonie et vicinarum regio-
num quarundam pagis*, tom.
III. *rer. germanic.* p. 93.
CHRIST. FRANC. PAVLI-
NI, de *pagis inprimis anti-
quæ Saxonie* libello trans-
lato in ipsius *syntagma re-*

rum germanicarum, §. XVI.
p. 511. CHRIST. KNAV-
TVM *antiquit. pagorum et
comitatum principatus An-
haltini, Francofurti* MDCC
LXXXVIII. aliosque, a IO.
FRIDER. PFEFFINGERO,
tom. II. *Vitriar. illustrati*,
p. 574. nominatos.
s) *libr. VIII. cap. 18.*

capitularibus t): *vasallos suos casatos secum non retineat; sed cum comite, cuius pagensis sunt, ire permittat, cui addas MARCVLFVM u), formulas LINDENBROGIANAS x), aliaque litterarum monimenta, quæ iam adtulerunt: HIERON. BIGNONVS y), IACOB. SIRMONDVS z), HENR. SPELMANNVS a), ac CAROLVS DV FRESNE b).* Nunc perspicias, quid mihi velim, quum iam de teste loquar pagensi alteramque regulam, a supra memorata lege, quæ paritatem testis cum reo præcipit, deductam, ita proferam: **VBI REVS EST PAGENSIS: IBI PAGENSIS QVOQVE DEBET ESSE TESTIS.** Quum apud Germanos in more fuerit positum, vt actor sequeretur rei forum ideoque hic semper foro esset subiectus, in quo lis ageretur, etiam in eo parem voluerunt esse reo testem, quod eundem agnosceret iudicem eiusque iurisdictioni esset obnoxius; siue, vt breuius exponunt leges, quod sit pagensis.

§. II.

- t) *libr. III. capitul. cap. 73. II. capitul. reg. Francor. p. 779.*
u) *libr. I. formul. cap. 28. tom. II. capitular. regum Francor. p. 389.*
x) *formul. 4. tom. II. capitul. reg. Francor. STEPH. BALVZII, p. 509.*
y) *not. ad capitular. tom. II. capitul. reg. Francor. p. 919.*
z) *not. ad Marculfum, tom. II. capitular. reg. Francor. p. 442.*
a) *glossario archaeologico, p. 442.*
b) *gloss. med. et infimæ latinitatis, tom. V. p. 29.*

§. II.

QUANDO statuere coeperint Germani, ut testes sint pagenses, non adcurate constat. Certum quidem est, iis temporibus, quibus leges Salica, Alemannorum, Baiuuariorum sunt conditæ, eius rei rationem non tanta cura esse habitam, quum nihil fere de illa sancitum inuenimus; neque tamen constanter adfirmare possumus, isto tempore haud ritum obtinuisse, testes ex pago sumendi. Exstat in lege Baiuuariorum locus, qui mihi memoratu dignus videtur *bb)*: tunc dicat ille, qui querit: ego habeo testes, qui hoc sciunt, quod labores de isto campo semper ego tuli nemine contradicente exartavi, mundavi, possedi usque hodie et pater meus reliquit mihi in possessione sua. Ille homo, qui hoc testificare voluerit, commarchanus eius debet esse et debet habere sex solidorum pecuniam et similem agrum. Existimat quidem CAROL. DV FRESNE *c)*, commarchanos eos esse, quorum marchæ, id est, termini sunt vicini; non possum tamen; quin discedam in sententiam consultissimi IO. CAROL. HENRIC. DREYERI *d)*, ex cuius iudicio commarchanus is est, qui cum reo in vno habitat territorio. Lubens profiteor, eam

C 5

alio-

bb) leg. Baiuuar. tit. XVI. cap. I. §. 2. in corp. iuris Germanici PETR. GEORGISCH, p. 314.

c) loc. cit. voc. commarchanus.

d) de cespitalit. requisito in testib. habilib. §. XXIII. p. 100.

alioquin vocabuli: *die Marck* vim ac potestatem esse, vt significet territorium, quod quidem satis demonstravit IO. SCHILTERVS e); eadem vero ratione marchiam, parentem appellationis: *commarchanus*, significare territorium, idem doctissimus vir f) ac DREYERVS g) satis copiose probrunt. Ex his clare constat, commarchanum quoque eum esse, qui cum altero in vno territorio fedem habet collocatam et quid est, cur non statuamus, eadem ratione vocabulum hoc in loco ita esse explicandum? Sufficit profecto, testem esse ex eodem territorio. Etsi quoque non haberet agrum, agro, in controuerfiam vocato, finitimum; scire tamen potest, num actor agrum possederit, litemque disceptare. Et, si statueremus cum CAR. DV FRESNE h), commarchanum esse eum, qui vicinum habet agrum, quid fuisset opus legislatori, adiciere: *et debet habere - - similem agrum?*

§. III.

HAEC si ponderamus, iure meritoque statuendum est, in lege Baiuuariorum primum esse sancitum, vt sicut reus; ita quoque testis debeat esse pagensis; sequenti vero tempore

e) glossar. teutonic. p. 572.
Sic *commarchanum* in leg. Baiuuar. cap. v. pro eo summi, qui agrum habet alteri finitimum, satis euidenter docent verba legis.

f) loc. cit.

g) loc. memorat.

h) glossar. latinitat. med. et infimæ, voc. *commarchanus*.

pore et præsertim Caroli magni ætate maiore
 prouiderunt cura ac diligentia, ne quis vio-
 laret hanc legem. Eum semper huius ha-
 buisse rationem, patet ex diplomate anni
 1000 LXXXVII. exhibito ab EDMUND. MAR-
 TENE *i)* et IO. NIC. DE HONTHEIM *k)*, in quo
 non sine ratione meminit imperator testimonii
 pagensium: *et aliam, quæ vocatur Catiaco,*
quia ipsi pagenses testati sunt vidisse eam habe-
re, auicæ ipsius Asioarii Teodildæ in alode per
nostram confirmauimus auctoritatem. Hæcque
 est caussa, cur in omnibus fere capitularibus
 constituerit, vt testes sint pagenses. Anno
 tertio seculi post partum virginis nobis fa-
 lutarem noni hæc sancita sunt *l)*: *optimus*
quisque in pago vel ciuitate in testimonium ad-
sumatur et cui is, contra quem testimoniare
debet, nullum crimen possit indicere. Quid
 sibi velit Carolus, clarius adhuc est exposi-
 tum in capitulo, duos annos post facto *m)*: *et*
de ipso pago, non de altero testes eligantur, nisi
forte longius extra comitatum caussa sit quæren-
da. Repetita hæc sunt anno 1000 XII. in
 capitulari, hisce verbis *n)*: *vt quandocunque te-*
stes

i) collect. ampliss. tom. I. Transtulerunt hanc legem
 ANSEGISVS abbas ac BE-

p. 51. NEDICTVS LEVITA in libr.
k) histor. Treuirens. di-
 plomat. tom. I. p. 144. V. capitular. leg. 281. p.

1477.
l) capitular. secund. ann. 1000 III. §. 11. in corp.

iuris Germanici PETR. 1000 V. capitul. II. p. 698.

GEORGISCH, p. 662. *n)* capitul. III. in ann.
 1000

stes ad rem quamlibet discutiendam quærendi atque eligendi sunt a misso nostro et a comite, in cuius ministerio de rebus qualibuscunque agendum est, tales eligantur; quales optimi in ipso pago iuueniri possunt. Quæ quamuis tam sæpe tamque seuerè essent mandata; necesse tamen fuit nihilominus, vt renouaretur hæc lex anno nono ac decimo eiusdem seculi o): vt pagenses per sacramenta aliorum hominum causas non inquirantur; nisi tantum dominicas. Adtamen comes, ille si alicuius pauperis; aut impotentis personæ causa fuerit, tunc comes ille diligenter et - - sine sacramento per veriores et meliores pagenses inquirat. Adiciamus his merito aliam legem Caroli magni p): volumus etiam atque iubemus, vt comites et iudices non admittant testes, habentes malam famam, testimonium perhibere; sed tales eligantur, qui testimonium bonum habeant inter suos pagenses, legesque Longobardorum q), quæ loquuntur de liberis hominibus, qui proprium habent et tantum in terra dominica resident, ad testimonium recipiendis. Omnes hæc leges quum iubent ac præcipiunt, vt testes sint pagenses: lucem simul accendunt chartæ Ludouici pii apud 10. NIC. DE HONTHEIM r), quippe in illa hæc legimus

13 ccc xii. cap. 3. p. 767.
et libr. III. capitular. §.
LXXVIII. p. 363.

o) capitul. secund. in ann.
13 ccc xviii. cap. 1. p. 846.

p) leg. LXVII. p. 1151.

q) libr. II. tit. LI. §. 115.

r) histor. Treuir. diplom.
tom. I. p. 170.

mus: nos quoque hæc audientes illico missum nostrum, nomine Adelbertum, siniscalcum videlicet nostrum, qui hoc per veraces et meliores homines, pagenses scilicet loci illius, diligenter inquireret, utrum ita esset; an non, misimus.

§. III.

QVAs protuli, leges in eo conspirant, quod testes sumendi sint e pagensium numero. Illos fuisse homines, qui in territorio vno, comitis iurisdictioni subiecto, collocarunt domicilium, iam supra tradidi; hocce vero territorium non erat æquale. Sæpenumero; siue, vt rectius dicam, ordinarie pagus vni adsignatus erat comiti. Docet id nos eleganter vetus poeta apud

LEIBNITIVM s):

*Plebs omnis habebat
Quot pagos; tot pæne duces, velut vnius
artus*

*Corporis in diuersa forent hinc inde re-
uulsi.*

Idemque etiam ex eo perspiciamus, quod comitatus pro pago pagusque pro comitatu ponatur. Qui in traditionibus Fuldensibus t) vocatur pagus *Gozfelde*: in iisdem dicitur comitatus u): traditio ista eodem anno acta est in comitatu, qui dicitur *Gozfelde* et, qui vni comiti sunt subiecti, vocantur per

emi-

s) scriptor. rerum Brun-
svicens. tom. 1. p. 121.

t) num. XIII. et XIIIII.

u) libr. 1. tradit. Fuldens.
num. CLIII.

eminentiam illius *pagenses*, vt iam monuerunt: CASP. SAGITTARIUS x) et BVRC. GOTTH. STRVVIVS y). Quæ quamuis ita se habeant; sæpenumero tamen factum est, quum vnus pagus angustioribus terminis circumscriptus esset; quam alter, vt vnus comitatus plures contineret pagos: contra, vt vnus pagus sub pluribus quoque esset comitibus. Vtriusque rei habemus exempla. Charta Ottonis secundi apud IO. PISTORIVM z) loquitur de pago *Lidbetegoue in comitatu Bernardi sito*: aliud diploma a) Arnolphi imperatoris, anno 10 cclxxx. conscriptum, meminit *pagi Quiringowe in comitatu Hunolphi*. Clarius exemplum nobis exhibent traditiones Fuldenfes, quæ dicunt b): *in pago Grapselde et Tullifelde in comitatu Adalbrates*, hincque duorum pagorum, sitorum in vno comitatu, fa-

x) *antiquitat. Thuring. libr. IIII. cap. 2. p. 210.*

y) *syntagmat. iuris publici, cap. xx. §. 2. p. 882.*

z) *scriptor. rerum germanicar. p. 738.*

a) apud CHRIST. GEWOLDVM, *tom. I. Hundii metropolis, p. 248:*

b) *libr. II. num. 243.* Immensam quidem illorum diplomatum copiam, in quibus præter pagum etiam comitatus nominatur, refert IO. FRID. PFEFFIN-

GERVS, *tom. II. Vitriarii illustrati, p. 574.* atque ex iis colligit, omnes hos comitatus plures continuisse pagos; ego tamen credo, nos non prouocare posse sine delectu ad singulas has chartas, quippe quarum auctores forsitan comitatum adiecerunt, vt magis pagum describerent, quamuis comitatus in vnico hoc pago consisteret. Id quoque animaduertit CASPAR. SAGITTARIUS, *antiquitat. ducat. Thuring. libr. IIII. cap. 2. p. 210:*

faciunt mentionem, quamuis vterque esset amplissimus, obseruantibus CHRIST. FRANC. PAVLLINO c), IO. FRID. SCHANNAT d) et CASP. SAGITTARIO e), quibus adiicias HENRIC. MEIBOMIVM f) ac IO. FRID. PFEFFINGERVM g). Quis vero dubitat, pagum subiectum esse et paruisse pluribus comitibus? Satis memoria dignus est locus FREDEGARII h): *bis diebus et Alemanni in pago Auenticensi Ultraiuranum hostiliter ingressi sunt ipsumque pagum prædantes Appellinus et Erpinus comites cum ceteris de ipso pago comitibus cum exercitu pergunt obviam Alemannis, quocum coniungas velim chartam Arnolfi, in qua cœnobio Corbeiensi tradidit, quidquid vir nobilis Howardus in pago Huuerango in comitatibus Ecberti et Reithardi et Herimanni in loco beneficii tenuit i). Tandem nonnunquam restricta erat iurisdictio terminis ciuitatis comesque habebat comitatum ciuitatis, quod GREGORIUS Turonensis k),*

AIMOI-

c) de pagis in primis antiquæ Saxonie, in eius syntagmate rerum et antiquitatum germanicarum, p. 579.

d) Vitriar. illustrat. tom. II. p. 574.

e) de vtriusque Saxonie et vicinarum regionum quarundam pagis, tom. III. rerum Germanicarum, p. 97.

f) Buchonia veteri, adiecta illa corpori tradit. Ful-

dens. cap. v. sqq. p. 339.

g) loc. citat.

h) chronico; siue adpend. historie Francorum, Greg. Turonensi adiecto, cap. XXXVII. in bibliotheca max. patrum, tom. XI. p. 819.

i) conferas SCHATE-NIVM unmal. Paderborn. libr. III. ad ann. 10000 LXXXVIII. p. 216.

k) libr. VI. histor. cap.

XXXII

AIMOINVS l), CASSIODORVS m), MARCVL-
FVS n) aliique testantur, quos nominant:
DV FRESNE o), LEHMANNVS p), LAMBE-
CIVS q), PFEFFINGERVS r) ac HEINEC-
CIVS s).

§. V.

MAGNA est, his rebus ita comparatis, in-
ter comitatus varietas ac dissimilitudo: qui-
nam igitur admittendi sunt in quolibet ad te-
stimonium, si supra tradita regula esset ser-
uanda? Facile rem possumus expedire, si
modo regulam ita interpretemur: ex eius sen-
tentia testimonium tantum ferre, eidem iu-
risdictioni subiectos, sub qua est reus. I. Vbi
comes vni pago sit præfectus, omnes pagenses
ad testimonium dicendum habiles fuisse, cer-
tum est ac tam clare ex antea dictis patet, vt
maiore probatione sit opus minime. Hoc
quum ex eo colligimus, quod omnes pagenses
huncce comitem habeant iudicem: sponte iam
ex eo sequitur, vt II. si vni comiti plures pa-
ruerint pagi, vnius incolæ contra alterius in-
colas

XXII. apud FREHERVM,
tom. II. rerum Francicar. p.
134. et in biblioth. maxima
patrum, tom. XI. p. 763.

l) libr. III. cap. 49.

m) libr. VI. variar. cap.

XXII.

n) libr. I. formul. 8. tom.
II. capitular. reg. Francor.
p. 380.

o) gloss. med. et infimæ la-
tinitatis, voce comes.

p) chronic. Spirens. libr.
II. cap. 18.

q) libr. I. orig. Hamburg.
§. XXII. sqq.

r) tom. II. Vitriar. illu-
strat. 569.

s) loc. laudato.

colas potuerint testari; sed idem quoque comprobare queo per duos capitularium locos. In altero hæc legimus *t*): *quodsi eodem tempore, quo illas tradere vult, extra eundem comitatum fuerit, id est, siue in exercitu; siue in palatio; siue in alio quolibet loco, adhibeat sibi vel de suis pagensibus; vel de aliis, qui eadem lege viuunt, qua ipse viuunt, testes idoneos, vel si illos habere non poterit, cet. alter vero dicit *u*): qui res suas pro anima sua ad casam dei tradere voluerit, domi traditionem faciat, coram testibus legitimis. Legitimos testes esse eadem cum reo lege viuentes, eleganter monet STEPH. BALVZIVS *x*); quinam vero sunt testes illi? Ii sane, qui cum reo non in vno quidem pago habent domicilium; vni tamen iudici sunt subiecti. Hinc effatum prius probe distinguit a pagensibus eos, qui eadem viuunt lege. Quodsi vero III. comes non totum haberet regeretque pagum, eadem ratione non omnes pagenses; sed ii modo, qui comiti rei parebant, testes fuerunt habiles. Nobis quidem non præsto sunt loci, ex quibus id aperte constaret; hoc sponte tamen ex supra tradito axiomatico sequitur. Quando demum IIII. comes vni tantum ciuitati præfectus esset, ab illa solum testes esse fu-*

D men-

t) libr. IIII. capitul. cap. p. 1320.

xviii. p. 1372.

x) not. ad capitular. tom.

u) libr. I. capit. cxxxv. II. p. 1168.

mendos, ex eodem colligimus pronunciato ac simul nouam lucem accendimus legi illi capitulari y): *optimus quisque in pago; vel ciuitate in testimonium adsumatur.*

§. VI.

QVAERENTI mihi, quæ fuerit causa, cur e pagensium numero semper sumti sint testes, ea præsertim ex ratione factum id esse videtur, quod testis etiam in hoc reo existere deberet similis, quippe qui pagensis semper erat. Haud id obscure significat RHABANVS MAVRVS z): *subtiliter argumentatur - - quod non liceat testes citare ad confirmandam veritatem religionis christianæ; nisi de propria gente, verbi gratia, dicunt quod super Saxonem nullus de Francorum; aut Romanorum; aut ex alia qualibet gente, licet inter nobiles natus atque honestus conuersatione habeatur nisi Saxo, testis esse possit. Hoc enim aiunt, legem gentes suæ pati non posse, ut alterius gentis homo in testimonium citetur ad infringendam legem libertatis suæ. Præcipua itaque ratio huius ritus fuit, ne libertas infringeretur, summum Germanorum bonum, testesque litem disceptarent extranei, quos illi barbaros hincque sibi haud æquiparandos censuerunt. Plures tamen possunt esse*
causæ

y) capitul. secund. ann. qui repugnant B. P. Benedicti institutis, in anal. ordinis Benedicti MABILLONII,

1000 ccc lll. §. ult. p. 638.

z) in opusculo contra eos, part. II. adpend. p. 732.

causæ, quæ legislatorem ad faciendam impellunt constitutionem. Itaque haud aduersamur consult. DREYERO a), dum coniicit, eo quoque consilio præcepisse leges, vt testes eiusdem iudicis iurisdictioni sint subiecti, sub quo lis erat, vt tanto commodiore via damnum repararetur reo a testibus, si quod ei esset illatum per falsum illorum testimonium. Sed aliam adhuc causam adferunt leges, quod pagenses maiorem eius rei, de qua quærerentur, haberent notitiam; ac extranei. In capitulari hæc quidem legimus b): *testes vero de qualibet causa non aliunde quærantur; nisi de ipso comitatu, in quo res, vnde causa agitur, positæ sunt, quia non est credibile, vt vel de statu hominis; vel de possessione cuiuslibet per alios melius rei veritas cognosci valeat; quam per illos, qui viciniore sunt eoque etiam respicit charta filii Richarti ad Ludouicum pium c): quum multi enim testes de ipsis pagis super hac ipsa re adhiberi possunt, qui hanc rem bene sciunt et eam detegere veraciter valebunt.* Hanc quum rationem fuisse constat consuetudinis, testes e pagensibus eligendi: haud interfuisse, statim perspiciemus, num comes esset; an missus do-

D 2

minicus,

a) de cespitalitat. in testib. GEORGISCH loc. citat. p. babilib. requisito, §. XXIII. 840. p. 86.

c) inter epistolas sancti Bonifacii, num. 115. Confer:

b) capitular. prim. in ann. STEPH. BALVZIVM, not. 1000 ccc xviii. §. 18. apud ad capitular. tom. II. p. 1187.

minicus, coram quo causa ageretur. Ille iudex erat ordinarius; hic vero extraordinarius, qui causam cognosceret, ubi comes litigantibus iustitiam denegaret; vel in suspicionem aliquam incideret *d*). Vterque de re quadam neminem; nisi pagensem potuit quærere, cuius rei testis est capitulare *e*): *vt quodcumque testes ad rem quamlibet discutiendam quærendi atque eligendi sunt, a misso nostro et a comite, in cuius ministerio de re qualicumque agendum est, tales eliguntur, quales optimi in ipse pago inueniri possunt.* Causa tamen legis rite perspecta, nemini quoque mirum esse debet, ei duas adiici exceptiones. Vnam existisse constat, *ubi in confinio duorum comitatum lis fuerit exorta.* Quum, ubi hoc acciderit, facile euenire potuerit, vt, qui ex altero pago sunt, optimam rei, in controuersiam vocatæ, haberent notitiam, permiserunt legumlatores, vt tum ii quoque admitterentur ad testimonium; nihilominus tamen ne peruersum quidem vnguem a regula plus recesserunt; quam fuit necesse. Non passi sunt, ex vniuerso altero pago eligi testes; sed quum pa-
gi

d) vberius id ostendunt: suauissimo fratre, CHR. CASP. SAGITTARIUS antiquit. ducat. Thuringici, libr. IIII. cap. 9. p. 253. FRANC. DE ROYE de missis dominicis, cap. XVI. p. 265. aliique, laudati a GUIL. FRANCO WALCHIO in diss. de missis dominicis, pontificis Romani iudicibus, Ienæ MDCCXXXVIII. e) libr. III. capitular. §. LXXVIII. p. 1363.

gi distribuere in centenas, vt iam copiosius monstrarunt: IO. GRYPHIANDER *f*), CHRIST. LEHMANNVS *g*), CASP. SAGITTARIVS *h*), CAR. DV FRESNE *i*) et IOANN. GOTTL. HEINECCIUS *k*; ex finitima modo centena testes sumere licuit *l*): *si autem contentio, quæ inter eos exorta est, in confinio duorum comitatum fuerit, liceat eis de vicina centena adiacentis comitatus ad causam suam testes habere.* His accedit altera exceptio, *si causa extra comitatum longius inquirenda.* Patet id ex capitulari, in quo præcipitur, testes debere esse pagenses, talisque excipitur causa. Vbi enim lis ita erat comparata, vt actor ad probandum actionis fundamentum testes in ipso pago nancisci haud posset, eum causa non cadere sunt passi; sed deinde alios quoque producere fuit permisum. Hæc itaque sancita inuenimus in capitularibus *m*): *et de ipso pago; aut de vicinis centenariis eligantur; nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda.*

§. VII.

QVVM post ea tempora, quibus carolingici imperatores ad imperii federunt gu-

D 3

berna-

f) de Weichbildis, cap. 64. p. 160.

g) chronico Spirensi, libr. 11. cap. 20. p. 106.

h) loc. citat.

i) glossar. med. et infimæ latinæ, tom. 11. p. 857.

k) element. iur. german. tom. 1 1. p. 374.

l) capitular. prim. ann. 1000 XVIII. §. 10. p. 840.

m) libr. 111. capitul. 10. p. 1348.

bernacula, tota in Germania rerum facies
 versa fuit ac mutata: inueterauit quoque se-
 culo potissimum duodecimo diuisio pro-
 uinciarum in pagos iurisque in iis dictio per
 comites *n*). Quilibet perspiciet, per id la-
 befactatam simul esse legem, quæ testem pa-
 gensem esse iubebat; illius tamen reliquiæ
 in speculum Saxonicum irrepere. Ex quo
 documentum capies, pristinam hanc confue-
 tudinem Saxonum animis ita fuisse insitam,
 vt eam retinerent, licet pagenses haud exi-
 sterent hancque ob rem legis rationem
 magis respicerent; quam verba. Tria eam
 in rem notanda sunt **REPGOVII** effata. In
 vno *o*) requiritur, vt testimonium exhibe-
 rent *die Dingpflichtigen*, ii scilicet, qui iudi-
 cio, coram quo lis erat, subiecti, quiue olim
 pagenses vocabantur: *was eyn man gegen dem
 Richter zeugen sol, darzu bedarf er des Rich-
 ters gezeugnis nicht, da yhm dy Schuld nit hö-
 ber denn an sein gewet gebet, das gezeugt er
 selb dritt der dingpflichten, die da Vrteil finden.*
 Aliud vult, vt testes sint e loco, in quo sita
 sunt bona controuersa, *die rechten vmbfessen,
 die ynn den nebesten bey dorffen gefessen seyn p*).
 Ex tertii denique sententia neque Saxo con-
 tra Slauum; nec Slauus contra Saxonem
 testimonium potest dicere *q*): *woman nicht
 dinget*

n) dignus est, qui hac p. 97.

de re videatur HENRIC.

MEIBOMIVS de pagis vet.

Saxon. tom. III. rer. germ.

o) libr. II. art. 22.

p) libr. III. art. 21.

q) libr. III. art. 70.

dinget vnder Königes banne, da mag itzlich man wol vrteil finden vnd getzeug seyn vber den andern, den man nicht recht loss geschelten mag. One der Wend auf den Sachsen vnd der Sachs auf den Wend.

SECTIO QVARTA
DE LAICO CONTRA REVM
LAICVM TESTE.

§. I.

QVAMVIS alioquin penes Germanos superstitio animorum imbecillitatem ita occupauerit, vt nemini vmquam maiores haberent honores; quam sacerdotibus religiosisque hominibus; tantum tamen abest vt eos præ aliis fide maiore crederent dignos; vt iis potius haud melior data esset conditio in foro, vti vocatur, seculari; ac feruis atque extraneis. Sicuti hi excludebantur a testimonii dictione in caussis liberorum atque pagensium; ita remouerunt quoque in controuersis laicorum testes clericos hancque potius obseruarunt regulam: **VBI REVS EST LAICVS: IBI QVOQVE LAICVS ESSE DEBET TESTIS.** Quam quum factam esse constat aperte eam potissimum ob causam, quod testis reo debeat esse æqualis atque, vti ille, nulla votorum religione sit obstrictus: merito iam illius faciam mentionem.

tionem. Quousque cultui idolorum dediti essent Germani, ignorarunt hanc legem, quippe ipsis ignota fuit distinctio hominum in laicos ac clericos; postquam vero illa esset introducta, statuere quoque coeperunt, clericum contra laicum testari haud posse. Germani, inquam, hoc ordinarunt. Quodsi enim hoc e canonibus magis; quam germanicis iuribus esset deriuandum: consulto id tacitus præteriissem, quum solum ad Germanicum ius oculos habeo adiectos.

§. II.

Ex quo tempore clerici ac laici coeperunt discerni, statim initio tantum illorum factum est diuortium, vt nullo alio teste; quam clerico clerici conuinci se sint passi. Hic non locus est disquirendi, num id eorum insolentiæ magis; an astutiæ sit tribuendum: vtrum tam detestabili arrogancia ducti fuerint clerici, vt qui, christi exemplum ad imitandum propositum se habere, gloriarentur, eos puderet testium laicorum; an conscientia magis male factorum cruciati, sint veriti, ne illa magis manifestarentur a laicis; quam clericis? Adquiescimus potius, quum in canonibus pontificumque decretis haud semel cautum inuenimus, ne laicus fidem habeat contra clericum. Iam Syluester pronunciarat *r)*: *nullus laicus audeat crimen inferre clerico* et Marcellinus *s)*: *laico non licet*

r) c. 2. caus. 2. qu. 7.

s) c. 3. caus. 2. qu. 7.

licet quemlibet clericum accusare. Post illos idem prohibuerunt Eusebius *t)* ac Fabianus *v)*, quorum hic dicit: *ipsi apostoli et eorum successores olim statuerunt, ut sacerdotes domini non adcusent, - - - qui ordinis sui non sunt; nec esse possunt.* Loquuntur quidem hi legislatores tantum de accusatoribus; per eos tamen merito quoque testes intelligit quilibet, qui non immemor est eius, quod iam decretum fuit in concilio Carthaginensi *x)*: *testes autem ad testimonium non admit- tendos, qui nec ad accusationem admitti præ- cepti sunt.* Quod quum postea etiam trans- latum est in concilii Africani functiones, teste RHABANO MAVRO *y)*; euenit, vt et cano- nes accusationem semper cum testimonii di- ctione æquipararent *z)*. Sufficerent itaque profecto supra recitata effata ad dictis fidem faciendam; neque tamen ardua res erit ac difficilis, adferre leges, quæ aperte claris- que verbis ipsis testibus laicis testimonium interdicunt contra clericos. Damascus pri- mus erat sacrorum præsul, quantum ego quidem scio *a)*, qui aperte laicos facultate testi-

D 5 testi-

z) c. 5. et 14. caus. 2. qu. 7. *ment. ecclesiast. et historicor.*

u) c. 38. caus. 2. qu. 7. *BASNAGII part. II. p. 300.*

x) concil. Carthag. VII. *z)* c. 10. et 39. caus. 2. qu. 7.

cap. 4. tom. I. concilior. HAR- *a)* in can. 38. caus. 2. qu. 7.

DVINI, p. 1250. *qui tribuitur Fabiano, qui-*

y) libro pœnitentiali, cap. *dem legimus; vt sacerdotes*

10. tom. II. thesaur. monu- *domini non accusent; nec in*

eos

testimonium dicendi priuauit *b)*: *accusatores autem episcoporum et testes, super quibus rogastis, absque vlla infamia; aut suspicione; manifesta macula et veræ fidei pleniter instructi esse debent et tales; quales ad sacerdotium eligere iubet diuina auctoritas, quoniam sacerdotes, vt antiqua tradit auctoritas, criminari non possunt; nec in eos testificari, qui ad eundem non debent; nec possunt prouehi honorem.* Sequutus eum est Alexander III. in quem quoque acerbe inuehitur eam obrem **ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS** *c)*. Eius sanctio in decretalium corpus translata est *d)*: *de cetero laicos in accusationem; vel testimonium contra clericum in criminali caussa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonum manifestius edocet.* Belle demum cum eo conspirat Clemens III. vbi laicis testimonii dictionem tantum permittit *e)*: *si aliter veritas nequiuert elici.* Addas: **HINC MARVM** apud **FLODOARDVM** *f)* et ex
recen-

eos testificentur, qui sui ordinis non sunt; ipsa tamen epistola huius pontificis, quam exhibet HARDVINVS, tom. I. concilior. p. 121. nihil de testimonio memorat.

b) rescript. ad Stephanum, episc. III. tom. I. concilior. HARDVINI, p. 764.

c) annal. Augstpurgensibus, tom. I. scriptor. rer. german. IO. BYRC. MENCKENII, p. 1422.

d) cap. 14. x. de testib. et attestat.

e) cap. 5. x. de testibus cogend. vel non.

f) libr. III. cap. 28. tom. XVII. biblioth. max. patrum, p. 714.

recentioribus STEPH. BALVZIVM g),
CHRIST. THOMASIVM b) et IVST. HEN-
NING. BOEHMERVM i).

§. III.

QVID plura disputo? Satis ex his adpa-
ret, contra clericum clerici tantum testimo-
nium valere. Quod quum sciamus: facile
nunc definire possumus, a quibus tempori-
bus repetenda sit origo consuetudinis con-
trariæ, laicum laicis solum testibus conuin-
cendi. Reuertamur modo ad supra memo-
ratas præfulum Romanorum de conuincen-
do clerico sanctiones atque earum rationes,
legibus adiectas, paullo intentius confide-
remus. Nonnullæ leges ideo iam fi-
dem denegant laico contra clericum
quod, vti Eusebius k) monet, *laici eius-
dem non sunt conuersationis et oppido eis qui-
dam infesti existunt, quippe quum vita eorum
et conuersatio debeat esse secreta et a laicorum
actibus remota, quodue, vt verbis vtar Fa-
biani l), sicut domini sacerdotum segregata
esse debet conuersatio ab eorum conuersatione;
ita et litigatio, quia seruum domini non oportet litigare.* Iam ex eo colligere possumus,
clericos profecto non sæpe potuisse testari
contra

g) capitular. reg. Francor.
tom. II. p. 1205.

b) not. ad Lancellott. insti-
tut. iur. canon. libr. III. tit.
14. tom. I. p. 1537.

i) iur. protestant. eccles.
tom. I. libr. II. tit. 20. p.
1210.

k) c. 5. Caus. 2. qu. 7.

l) c. 6. Caus. 2. qu. 7.

contra laicum. Satis aperte memorata effata declarant, nullam clericis cum laicis esse communitatem, simulque nos tuto ratiocinari possumus, quid in similibus fieri sit solitum, vbi contra laicum produceretur testis clericus. Quum maiestate sua indignum putarent clerici, vlllo modo adgregari laicis: isto iam tempore clericos oportuit se abstinere a testimonii dictione: quid? quod nec potuissent istud perhibere, etsi voluissent. Docet id nos altera ratio, quæ sacrarum legum latores impulit, vt clerici testimonium contra clericum requirerent. Ingenue profitentur, statuta hæc esse ab ipsis, vt paria paribus referrent ideoque laicos non dignos iudicari, qui contra clericos testarentur, quod nec clericorum testimonium quid polleret contra laicos. Duo eam in rem exstant effata. Fabianus ait *m)*: *quoniam sicut sacerdotes; vel reliqui clerici a secularium laicorum excluduntur accusatione; ita illi ab istorum sunt excludendi et alienandi criminatione. Et sicut isti ab illis; ita et illi ab istis recipiantur*, quocum coniungendus est Eusebius *n)*: *nec ab his impetiri debeant, quorum castitatem et gravitatem nolunt imitari, maxime quum nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus.* Omnia itaque hæc effata digna profecto sunt, quæ curate ponde-

m) epist. ad orientales. cap. *n)* decret. I. tom. I. concilior. I. concilior. 10. HAR-
 DVINI, p. 126. cil. HARDVINI, p. 235.

ponderemus. Vbi pontifices priuare volunt laicos facultate, contra clericos ferendi testimonium: ibi tacite simul declarant, neque validum esse clericorum testimonium in laicorum caussis: clericos id ferre noluisse, ne ipsis sit cum plebe quasi confociatio; neque tamen eos id potuisse, quippe tribunalium prohiberentur aditu.

§. IIII.

FALLERETVR itaque ille longe, qui consuetudinis, in laicorum caussis clericos a testimonio repellendi, in Germania quæreret originem. Dudum ante illam esse introductam; quam christo nomen dare atque in clericos ac laicos distribui cœperint Germani, lubens concedo; Ludouicus autem, cuius memoriam pietas insignis propagauit, is fuit, qui legem ferret Germanis, laicum laico teste esse conuincendum. Circumferebantur longe ante huius imperatoris ætatem decreta quædam, quæ tribuerentur Syluestro pontifici ita, vt sub eius auspiciis facta fuissent in concilio, Romam conuocato. Hæc continebant varias de testimonio clericorum sanctiones, qui penitus inhabiles in iis sunt declarati ad testimonium exhibendum contra clericum. Ipsæ vsque ad nostram ætatem sunt conseruatae per ISIDORVM, HINC MARVM aliosque, e quibus eas SEV. BINIUS o) et IO. HARDVINVS p) nobis

o) collect. concilior. rom.

1. p. 325.

p) rom. i. concilior. p. 290.

bis ita exhibent: *testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat. Nemo enim clericum quemlibet in publico examinet; nisi in ecclesia. Nemo enim clericus; vel diaconus; aut presbyter propter causam suam quamlibet intret in curiam, quoniam omnis curia a cruore dicitur et immolatio sacrorum est. Quoniam si quis clericus in curiam introierit, anathema suscipiat.* Nunquam quidem Syluestri tempore sacrorum antistites conuentum instituerunt Romæ hancque ob rem, falsa fictaque esse omnia hæc decreta, iam copiose demonstrauit HINC MARVS *q)*, cui e recentioribus publice adfentiri haud dubitarunt NATALIS ALEXANDER *r)*, SEB. NAN. TILLEMONTIVS *s)*, CAES. BARONIVS *t)*, ROBERT. COCVS *u)*, IO. RAYNOLDVS *x)* et IO. LVD. RVELIVS *y)*. Neque ego abhorreo ab doctissimorum horum virorum sententia; magna tamen adhuc contemplatione digna arbitror hæc, commentitia alioquin, decreta. Quum illa fatis antiqua sunt et iam ante Iustini tempora conficta, vt obseruat rectissime EMAN.

q) tom. II. operum, p. cccxxv. §. 199.

793. sqq.

r) *histor. ecclesiast. veteris scriptor. vet. p. 445.*

et noui testamenti, tom. IIII. secul. 4. p. 5.

x) *apolog. thesum, num. 43. p. 407. sqq.*

s) *dans les memoires pour seruir a l'histoire ecclesiastique, tom. VI. part. II. p. 757.*

y) *histor. concilior. ecclesiasticor. tom. I. period. secund. pericop. IIII. sect.*

t) *annal. ecclesiast. ad ann. xxxviii. p. 1287.*

EMAN. A SCHELSTRATE 2): euenit, vt ex
 iis non modo quid in decretum transferret
 GRATIANVS huncque componeret cano-
 nem a): *Item Syluester papa, in synodo Roma-
 na, c. 24. testimonium clerici aduersus laicum
 nemo recipiat; nemo enim clericum quemlibet
 in publico examinare præsumat; nisi in ecclē-
 sia; sed vt Ludouicus quoque pius ex iis lo-
 cum de clericorum testimonio totidem fere
 verbis in capitulare transcriberet, atque huic
 reuera legis virtutem conciliaret, qua ille
 ante in fictis Syluestri decretis carebat. Ita
 enim ait imperator b): *constitutum est, vt
 nullus laicus crimen clericis audeat inferre.
 Testimonium clerici aduersus laicum nemo re-
 cipiat. Nemo enim clericus; vel diaconus,
 vel presbyter, pro qualibet caussa intret in cu-
 riam; nec ante iudicem caussam dicere præsū-
 mat. Quoniam omnis curia a cruore dicitur
 et immolatione simulacrorum. Etsi quis cleri-
 cus clericum accusans, in curiam introierit,
 anathema iusfit.* Quamuis hæc verba antea
 iam exstarent in memoratis decretis; illis
 tamen minime legis virtus potuit tribui.
 Ludouicus igitur pius primus erat, qui aper-
 te clericos a fori aditu arceret testemque
 reo etiam in eo parem vellet, quod clerico-
 rum censui haud sit adscribendus. Ludoui-
 cus illud sanxit, qui *pii* nomine ornatus, me-
 moriam*

2) antiquitat. eccles. tom.
 1. p. 446.

a) c. 9. Caus. 11. qu. 1.

b) capit. 1111. p. 1193.

moriam suam nimia superstitione nobilitavit. Non spero, fore quemquam, cui mirum id videatur. Postquam clerici aberrarunt a regula, ab optimo seruatore ipsis data suamque potentiam nimis amplificarunt: turpe quasi clericoque indignum putarunt, iudici morem gerere coramque tribunali comparere, adeo, ut haud dubitarent, fodales eo aperte prohibere. Factum id esse iam scimus, in concilio Agathensi, seculo sexto celebrato c): *clericus ne quemquam praesumat apud secularem iudicem, episcopo non permittente, pulsare; seu si pulsatus fuerit, respondeat, non proponat; nec audeat criminale negotium in iudicio seculari proponere.* Clarius res proposita est in concilio Remensi cc), *ut clerici cuiuslibet ordinis neque pro propriis; neque pro ecclesiasticis causis aliter adire debeant forum; nec causas dicere audeant; nisi quas cum permissu aut consilio episcopi agere eis fuerit omnino permissum, quumque sanctior coetus coactus esset Roffiacum, denuo id cautum est, siquidem haec verba inuenimus d): *inhibemus et monemus uniuersas personas ecclesiasticas, ne agant; vel respondeant; vel se applegent in foro seculari de his, quae ad ecclesiasticum; non ad forum pertinent seculare, nisi hoc fecerint de suorum**

c) cap. 32. tom. II. concilior. HARDVINI, p. 1001. Translatus est hic canon in c. 17. Caus. II. qu. I.

cc) can. XVIII. tom. III. concil. HARDVINI, p. 573.

d) can. V. tom. VII. concilior. HARDVINI, p. 503.

rum licentia praelatorum; vel vices gerentium eorumdem. Quum tam fevere cautum ac vetitum id esset; nec deceret

monachos ciuilibus infari rebus

Resque palatinas ferre libenter eos

canente ERMOLD. NIGELLO e): non potuit fieri; quin clerici fugerent forum, locum tamquam pestiferum, omnesque studiose euitarent occasiones, quae ipsis facere potuissent forum adeundi potestatem. Qui in suis caussis agere non poterant: iis multo minus procuratoris munia subire licuit, quod iam interdictum esse, constat in concilio Lateranensi tertio f). Eamdem ob causam Ludouicus pius clericos in foro testimonium perhibere vetuit. Quod quum clare patet ex ipsis verbis eius g): *nemo enim clericus; vel diaconus; vel presbyter pro qualibet caussa intret in curiam; nec ante iudicem caussam dicere praesumat:* nunc belle perspiciamus, quomodo supra memorata sanctio conueniat Ludouici animo, deditissimo alioquin clericis, quemue occuparat incredibilis superstitio. Nouum potius fauoris; quam maleuolentiae documentum exhibuit religiosi hominibus, quum eos depulit a testimonio.

E

nio.

e) *libr. 11. de rebus Ludouici pii, tom. 1. script. rer. germanicar. MENCKENII, p. 916.*

part. 11. concilior. p. 1629. Addas concilium Roffiacense, cap. 5. tom. VII. concilior. p. 503.

g) *capit. Ludouici pii, cap.*

f) *capit. XII. tom. VI. III. p. 1134.*

nio. Ipse declarat, factum id esse, ne clericus intrare deberet in curiam, locum, illius dignitate quasi indignum. Eius quidem rationem reddere vult imperator nosque docet, cur curiam fugiant clerici: *curia enim omnis a cruore dicitur et immolatione simulacrorum*; sed longe aliam causam versutos illos homines habuisse constat, cur hæc statuerent. Non ridemus hoc in loco cum HEINECCIO *b)* nugas; sed deploramus potius puerilem illam imperatoris mentem, qui omnia credidit, quidquid fomniarunt clerici.

§. V.

QVACVNQVE vero ex ratione sanctio hæc de testimonio clerici reiiciendo contra laicum vulgata fuerit a Ludouico pio: per eam morem introduxit imperator, vt testis in eo quoque similis sit in ius vocato, quod laicus existat; nec sacro adscriptus ordini. Lotharius primus non dubitauit, legem renouare ac denuo cauere, ne clericus testimonium exhiberet. Ingenue quidem confitetur, religiosos homines fidem alioquin mereri; illis tamen simul non conuenire, declarat, vt negotiis eiusmodi, quale est testimonii dictio, se immisceant. Statuit hoc sequentibus verbis *i)*: *quamquam sacerdotis testimonium credibile habeatur; tamen ipsi in secularibus*

b) elem. iur. german. tom. II. libr. II, tit. VI. p. 540.

i) leg. CI, p. 1247.

bus negotiis pro testimonio; aut conficiendis instrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus esse non conuenit. Si autem caussa euentus aliquid audierint; aut viderint, vbi nullæ idoneæ seculares personæ inueniantur, ne veritas occultetur et malum in bonum aestimetur, in prouidentia episcopi proprii sit, ita, vt coram se et competentibus iudicibus; aut aliter veritatem honorifice tollant; per id vero effecit, vt idem decretum in nonnulla iura municipalia postea transferretur. Goslarienses reuera iubent, contra laicum laicum quoque esse testem, quum solum admittunt religiosos homines, vbi alii non existant testes k): were ock eyn vnse borghere vor gericht to tughende geladet vnde worde he seder eyn pape edder eyn begeven Man, vnde ne mochte men der anderen tughen nicht hebbe, de mochte vor werlicken rechte tughen in eynes tughes stat, off men des bedorffte vnde he in dem ordene bleuen ware. Idem statuunt Bremenses. Qui quum hæc fanciunt l): dar en mach nein Pape edder Frauwe jemande vortuigen vor vnser heven Vagede, idt sy obme lauet edder entfangen mit Vormunde: idem statuunt; ac si dixissent, parem cum pari, laicum cum laico esse conuincendum. Vetant, clericos testari in iudicio aduocati; iudicia vero ad-

E 2

uoca-

k) leg. Goslariens. libr. II. NITII, p. 528.
 zit. we tughen mach edder nicht, §. XXI. tom. III. script. rer. Brunswic. LEIB-
 l) statut. vnd ordele van Bremen, ord. XXXVIII, p. 86.

uocatorum iudicia fuisse secularia, quibus laici fuerint subiecti, DAN. HEIDERS *m*), IO. GEORG. STARCKIUS *n*) aliique luculenter monstrarunt. Hæc igitur est ratio, cur non potuerint in iudicio aduocati testimonium ferre clerici, quum coram illo solum laici in ius vocarentur hique laicorum solum testimonio essent conuincendi. Tandem merito mentionem facimus iuris Iutici. Quod quum monachos inhabiles iudicat ad tutelam gerendam hac ratione *o*): *Clostermenne vnde gelerte, alse prester, diacon, subdiacon, mögen nicht Vormünde wesen up der Leyendinge*: recte ex eo colligunt IOACH. BLVTINGIUS *p*) ac HENR. BROCKESIUS *q*), monachos aliosque, qui se cultui diuino consecrarunt, in iudicio seculari personam standi non habuisse ideoque testimonium iudiciale; siue *Dingeswindam* exhibere haud potuisse.

SECTIO QUINTA
DE BVRGENSI CONTRA REVM
BVRGENSEM TESTE.

§. I.

QUAS hactenus recensuimus, iuris Germanici regulæ, ex necessitate paritatis

m) *historischer Bericht* SÆCIS 10 CC XXV.
von denen alten Reichsvog-
zeyen, Stuttgart 10 10 CLV.
n) *diss. de ciuitatum ma-*
gistratibus in regno Francor.
vet. quæ lucem adspexit Gies-

o) *libr. 1. cap. XXXI. p. 25.*
p) *gloss. ad ius Iuticum,*
libr. 1. cap. 38. p. 148.
q) *de vet. dingeswinde,*
p. 19.

tis testis cum reo ortæ, hodierno tempore inueterarunt, quamuis olim curate sint seruatae; vel saltem in recentioribus constitutionibus nunquam sunt renouatae. Ab his differunt itaque regulæ, eodem consilio factæ, vt testis cum reo paritas obseruetur, quæ non olim solum fuerunt firmæ; verum etiam hodierno tempore aliquo modo vigent. Licet exoleuerit cum ipsis pagis lex, quæ testes e pagensium numero eligendos statueret; parens tamen fuit noui confectarii, ex supra memorata lege, omnibus fere Germanicis populis communi, quæ testem reo parem esse iuberet, deriuati: VBI REVS EST BVRGENSIS: IBI QVOQVE BVRGENSIS ESSE DEBET TESTIS. Non cognitum quidem hoc fuit antiquis illis temporibus; post vero erat regula, tanto vñtior tantoque sanctior Germanis.

§. II.

Si diuagamur in monumentorum mediæ ætatis campum, in antiquissimis illorum inuenimus adpellationem: *burgensis*. Ita eam reperimus vsurpatam, vt libentes discedamus in HENRIC. SPELMANNI *r*) sententiam, dum burgenses mediæ æui ita definit: *sunt burgorum villarumque clausarum; seu munitarum habitatores*, quocum etiam faciunt CAR. DV FRESNE *s*), STEPH. SKINNERVS *t*) at-

E 3 que

r) glossar. archaeologico,
p. 91.

s) loc. cit.

t) etymolog. linguæ Anglicanæ voc. Burger.

que illustr. CHRIST. GOTTL. BVDERVS u). Quæ quamuis ita sint comparata; minime tamen ad ea vsque tempora, iam originem regulæ: contra burgensem burgensem testem esse debere, indagantes, adscendimus, in quibus primum nomen burgenfium adparuit; sed in duodecimo potius seculo persistimus. Me non fugit, longe ante tempora Henrici aucupis, cui alioquin is honor tribuitur, quod plerasque in Saxonia condiderit vrbes, floruisse ciuitates, quod quidem fatis demonstrarunt: CHRIST. THOMASIVS x), HERM. CONRINGIVS y), CASP. SAGITTARIVS z) ac IO. GOTTL. HEINECCIUS a); sed supra tradidimus, tum demum parem debere esse reo testem, vbi reus statu fruitur præstantiori. Nulla profecto ratione primis temporibus, quibus conditæ sunt ciuitates, illarum incolarum optima fuit conditio. Quum ista ætate turpe videretur ingenuo, in ciuitatis clausis circumseptisque habitare, moenibusque potius; quam bellicæ confidere virtuti, firmissimo alioquin muro: in vrbes sese tantum conferebat libertorum ac feruorum colluies ac sentina. Excellentiorera

u) *diss. de oper. burgenf. Ien. §. XXIII.*
 ann. MDCCXXXVIII. z) *antiquit. gentilibus et christianism. Thur. libr. III. cap. 12.*
 x) *diss. de iure statuum imperii dandæ ciuitatis, Halæ, MDCLXXXVI. edita, §. 8.* a) *element. iuris germanici, libr. I. lit. V. tom. I.*
 y) *de urbibus Germaniæ, p. 74.*

rem profecto habebant statum, qui vitam degerent extra vrbes; quam ciues *b)*: quo iure, quæso, tunc hi potuissent poscere, vt, qui contra eos produceretur, testis, etiam ciuitate esset donatus. Sed longe diuersa fuit ciuium conditio post seculum vndecimum. Isto tempore liberare sese coeperunt ab aduocatorum imperio: a ceruicibus suis deiecerunt iugum seruile: manumissæ sunt integræ ciuitates: quid? quod vsque eo res processit, vt qui in ciuitatem adoptabantur, libertatem consequerentur; vel minimum ciuitate non donari possent, qui alterius essent serui hincque ciues plenam habuerunt libertatem. Illud ita peruulgatum esse, vt prouerbii locum obtineret: *Keine Henne flüget über die Mauern*, CHRIST. BESOLDVS *c)* ac IO. NIC. HERTIVS *d)* obseruarunt; nonne vero ciuis, in quibusdam locis, antequam ciuitatem adipiscatur, probare debet, se esse liberum, *dass er keinem Herrn mit Leibeigenschaft verwand; oder sonst wachszinsig sey?*

E 4

Co-

b) quod de Germanis scribit AMMIANVS MARCELLINVS libr. XVI. cap. 3. eos oppida, vt circumdata re-
tibus lustra declinasse, illud ingenuos per longum ad-
huc tempus post MARCELLINI ætatem obseruasse, belle docent: CHR. LEHMANNVS, *chronic. Spirensi*, libr. II. cap. XVIII. p. 77.

CHRIST. THOMASIVS, *diff. de iure imperii statuum danda ciuitatis*, §. XXX. et IO. GOTTL. HEINECCIUS, *de colleg. et corporibus opific.* p. 53.

c) de tribus domest. societ. *special. discurs. I. cap. 6.*

d) *paroem. iuris German. libr. II. partem. II. p. 688.*

Copiosius hanc rem exponunt: HERM. CONRINGIVS e), CHRIST. THOMASIVS f) CHR. LEHMANNVS g), IAC. BRVNNEMANNVS b), IO. GOTTL. HEINECCIUS i) atque illustr. CHRIST. GOTTL. BVDERVS k). Ex quo tam arctam ius ciuitatis cum libertate consequutum est societatem: illud magni iam erat ponderis. Cui quum accessit, quod non solam libertatem; verum etiam iurisdictionem vindicaret sibi populus et ex ingenuis pariter ac plebeiis, italorum more, crearentur senatores, qui iuris dicendi facultatem haberent l): optimo deinde iure ciuis, in ius vocatus, de iure ciuitatis se iactare eumque, qui ciuitate haud frueretur, sibi esse imparem hincque testem inhabilem, declarare poterat.

§. III.

QVAM quidem ob rem prouocare haud possumus, vbi probare nobis est in animo, testem debere esse burgensem contra reum burgensem, ad capitulare m): *optimus quisque*

e) de *urbibus German.* cap. xxx.

f) *loc. cit.*

g) *chron. Spirens. libr. IIII. cap. 22.*

b) *diss. de incrementis urbium Germaniae ann. CIOIO CCIII. edita, sect. I. p. 8.*

i) *diss. de colleg. et corpor. opificum, sect. II. p. 40. sqq.*

k) *loc. memorat.*

l) monstrarunt id: LVD. ANT. MVRATORIUS *diss. de regimine et diuisione nobilium et plebis in ciuit. liber. tom. IIII. antiquit. Italiae medii aevi, diss. XXV. et HEINECCIUS loc. citat.*

m) *capitular. secund. in ann. IOCCCIII. §. vlt. p. 638.*

que in pago; vel ciuitate in testimonium adsumatur. Neque aliis in locis capitularium præsidii quid nobis est petendum, quum eo tempore sunt lata, quo burgenfes nondum eum dignitatis locum tenuerunt, vt illius in iudicio rationem esse habendam, possent postulare; sed ad municipalia iura iam oculos conuertere nos oportet. Illa vero haud frustra euoluimus; sed quum ciuitates, ad aliquem auctoritatis gradum aduectæ, statim scita sua ac iussa promulgarent, in antiquissimis cautum est ac sancitum, vt ciuis iura tecta essent atque illibata; hinc nec condemnaretur ob testimonium eius, qui non esset ciuis. Nemo profecto in dubium vocabit antiquitatem famosi Lubecensis illius codicis, qui anno **CIOCCXXX.** est latus, quemue iuris publici fecit perillustis **ERN. IOACH. DE WESTPHALEN n).** Qui haud ignorat, tam latam quondam fuisse vocabuli: *ein Gast*, notionem, vt ciui *einem Bürger*, opponeretur omnem que hominem denotaret, qui non esset ciuis: ille iam perspiciet, quid sibi velit legislator

E 5

Lube-

n) tom. III. monument. in- editor. rerum germanicar. p. 638. In codice latino iuris Lubecensis, vulgo iustitia Lubecensis dicto, qui ab eodem celeberrimo viro, ERN. IOACH. DE WESTPHALEN, loc. citat. p. 619. editus est, quiue germanicum ætate antecedit, nihil adhuc hac de re sancitum est. Requirit quidem in moderamine inculpatæ tutela, art. de testimon. vulnerati, p. 627. testimonium bonorum virorum septa sui domiciliu intra ciuitatem habentium; hæc verba tamen cespitalitatem testium magis respiciunt.

Lubecensis o): *nen Gast ne mach tugen vp enen Borgere. Quum arcet ab testimonio omnes hospites, tacite simul requirit, vt testes ciuitate sint donati. Conspirant itaque cum his belle, quæ alio loco legimus p): sint Gbeste binnen vnser Stat dbe wat gbemenes hebbet, it si vmme scult ofte anders, warumme dhat binnen vnser Stadt geschen is, darumme ne mach er neghe oppe den andern tughen, danne mit vnser Borgberen, mit negbenen Gæsten,* quæue ex alio codice Lubecensi antiquo exhibet IO. KOLLIVS q): *de Lude, de bauen 3. mark tugen scholen, dat scholen wesen besetene Børgere vnde ebre erue scholen enen verlaten wesen vor dem rade. Hæc quum constituta essent in iure Lubecensi, in iure, inquam, quod parens fuit tot municipalium iurium; vel minimum exemplum, quod omnes legum latores sequenti tempore propositum sibi crederent ad imitandum: non potuit fere fieri; quin idem in aliis ciuitatibus esset cautum, ne quis ad testimonium*

o) art. cxviii. p. 654. Hanc legem ob *ospitalitatis* requisitum latam esse, coniecit cel. DREYERVS *diff. de ospitalitatis requisito in testibus habilibus*, p. 34. sed non video rationem, cur discedam in celeberrimi viri sententiam. Ideo putat, testes debere esse ciues, quod bona possideant im-

mobilia; sed cur quæso permissum est extraneis, testari contra extraneos? Si lex non paritatem; sed ospitalitatem potius testis respiceret, supersedisset quoque distinctione inter ciues atque extraneos.

p) artic. ccxiii. p. 666.

q) in dem Rechtsbuch, art.

xv.

nium admitteretur contra burgensem; nisi sit burgensis. Quemadmodum Hamburgenses iure utebantur Lubecensi atque ex eopletraque, quum sua statuta promulgarent, hauriebant; ita quoque in codice apud perillustr. DE WESTPHALEN *r*), qui profecto haud multo post supra memoratum Lubecensem est conscriptus *s*), hæc sunt constituta *t*): *so welck man den anderen sleit mit eineme Stocke offte mit eineme Steene vnd ene vngewarnet anlopet, de schall beteren eine gance Vorsat vnde men schall eme nicht laten, vnde schüt id des Nachtes; id moghen wol tüghen allerhand Lüde, de gude Lüde syn, vnde vnse Borgere syn, offte Borgher knapen. Coniungo cum eo statuta Rigensia, vulgata nuperime a cel. viro, FRID. ES. PVFENDORFIO *u*). Quæ quum hausta sunt ex iure Hamburgensi, vt non sine maxima verisimilitudine coniicit vir meritissimus, hancque ob rem ei maxime sunt consona: hæc quoque iubent *x*): *so vor eyn man vor gericht kummet vnde thugen fall vnde vrageth man ehn effte be Burger sy, spreket he ya, vnde werd idt apen-**

r) tom. IIII. monument. thesaur. iuris prouincialis et ineditor. p. 3015. statutar. illustrati, præmissa, p. 20.

s) euoluendi hac de re sunt: MICH. RICHEY, *t*) loc. citat.

u) in adpendice varior. statutor. adiecto tom. III. obseruat. iuris vniuersi, p. 222.

x) artic. XVII. p. 230.

CHRIST. DE NETTELBLA, præf. tom. I.

NETTELBLA, præf. tom. I.

NETTELBLA, præf. tom. I.

apenbahr darna, datb he keyn burger en sy, sso fall he dat gudt gelten, dar he vp tugede vnd he sal geven XXI. XV. XII. Schillinghe; alio vero loco y): vnde yss dat aver nicht, so ys he synen Hals neger tho se holden, de den ehm eynich man af tho wynnende, sy sunder synen sunt vnde syn Luff fall he beholden myth twen warafftigen Luden, iss yd by tage geseen, meer yss idt by nachte geseen vnde by slapender thyt, he sul des ock entgaen mit twen gute mænnen, de de Burger syn. Rigensia sequuntur statuta ciuitatis Saltwedel z), quæ anno eiusdem seculi decimi ac tertii LXXIII. condita esse constat. Hæc reliquis fere antecellunt, quippe clare rem enunciant. Digna profecto sunt duo eius loca, quæ recitem. Alter hic est: item nullus extraneus, qui extra terras nostras ac patruelium nostrorum moratur, potest conuincere burgenses in Saltwedele; nisi habeat testes, in ciuitate manentes et hos ciues; alter vero: sed si aliquis ciuium in Saltwedele incusatur ab aliquo, qui in terris nostris; aut patruelium nostrorum moratur, secundum quod ipse accusatur, ita se defendet, hoc est, si cum testibus de ciuitate incusatur, cum testibus de ciuitate, quibus merito tertiam legem adiicio: item si quis burgensis alium burgensem cum testimonio alloquitur, incusatus cum ciuium suorum et non aliorum testimonio se defendet. Eadem ex ratione Ioannes, dux Brunswicensis,

y) artic. LXI. p. 243. PVFENDORFIVM, tom. III.
z) stat. ciu. Saltwedel, apud obseru. iuris vniuers. p. 399.

fis, quum ciuitati Vlzensi; siue Leowen-
 waldæ leges daret, atque in iis de vectiga-
 libus quædam sanciret, hæc consti-
 tuit a): *verum si theolonearius noster aliquem
 incusauerit dicens, quod theoloneum deduxerit,
 ille se cum duobus burgensibus, domos in ciui-
 tate habentibus, expurgabit.* Adiungo his sta-
 tuta Stadensia, in quæ non solum su-
 pra memoratam Hamburgensium sanctio-
 nem translata inuenimus; sed in iisdem
 quoque cautum est b): *So welc Man dhen
 anderen sleit mit eneme Stoke vnde vngbewa-
 ret anlopet de scal beteren ein gance Vorsat
 vnde men ne scal ome nicht laten, vnde scut it
 dhes nachtes, id moghen tughen allerhande
 lude, dbe gode lude sin vnde vse borghere sint;
 nec silentio prætereo ius Flensburgense a
 Waldemaro quarto ann. CIOCC LXXXIIII.
 confirmatum. Illud hæc constituit c): *eschet
 en Mann Eruegut van enem anderen vnd de
 seyt der neen to be mag suk entledigen mit twölf
 Mannen Eede besettener Börger vnd mit tweer
 Tugen Witlickkeit; alibi vero legimus: efft
 en Landmann enes Borgers gut rouet, werd be
 grepen mit dem Raue, be verlaben den Rov vnd
 bote der Herschop 40. Mark ond der Stadt 40.
 Marck**

a) apud PUFENDOR. art. 3. tom. 1. obs. Pufend.
 FIVM, tom. 1. obseruat. iu- p. 223.
 ris vniuersi, adpend. p. 244.

c) art. XVII. tom. IIII.
 monum. inedit. DE WEST-

b) stat. Stadens. part. X. PHALEN, p.

Marck vnd de dar berouet worden, 40. Marck. Vnd werd he nicht grepen mit frischer Dath, he webre sick hier in der Stadt mit 12. crugesetzten Borgern.

§. IIII.

OMNIA hæc iura municipalia, quæ iam recensui, decimo ac tertio post salutem, humano generi reparatam, seculo sunt condita. Neque vero post magnam, quam de iure ciuitatis imbiberunt ciues, deposuerunt opinionem; sed eius rei potius luculenta in legibus, quas tulerunt, reliquerunt indicia. Gottingenses primum nomino, quorum vrbs vti hodie litteris; ita iam olim potentia opibusque fortunæ suæ fundatis et optime constitutis fuit clara. Tanti æstimarunt ciuitatis iura, vt extraneorum testimonia quibusdam in caussis excluderent in statutis, ann. MDCCCXXII. latis. Ita enim illa, quum de homicidio; seu vulneratione ciuis est sermo *d)*: *vnd bekennt des iene den me schuldichet: eder wert he is vorwunnen mit twen tugben, de vse borgere sin. werdet aver de tugbe twiwerdich, so mach he sich ledegben mit sine Rechte; alibi vero moderamen inculpatæ tutelæ probari volunt per duos burgenses e)*: *mochte he des hebben twene vser borghere to tugbe,*

d) art. XXVII. tom. III. adpendice, p. 161. obseruat. iuris vniuersi per- illustr. PVFENDORFII, e) art. XXXII. p. 163.

tughe, dat he eine nothwere gbedan hebbe: so ledeghet he sick der twiger iar mede vt to wesende. Proximi sunt post Gottingenses Bremenses, qui cum primis singulari cauerunt cura, ne vlllo modo ille fide dignus haberetur, qui ciuitate Bremensi haud esset donatus. Monstrarunt istam variis in locis cum statutorum; tum ordaliorum; siue sententiarum, quorum duplex est genus. In nonnullis causas nominant, in quibus probatio fieri debeat per testes, iique vt sint burgenses; siue *borger*, requirunt f): *Soenede he sick ock, ebr dat to klage queme, wurde he des vor tuget mit twen Borgen, vnberopen ores Rechtes, de schal der Stadt geuen twe marck.* Alibi hæc legimus, quum prohibitum esset g), ne ciuis vna cum extraneis vina rhenana; vel alsatica venderet: *were dat idt iemand breke vnd des vortuiget wurde, mit twen Borgen - - schal he dat betern dem Rade mit 5. Marck,* id quod alio loco adiectum est hisce verbis h): *brecke datienich man, de schal der Stadt geuen 1. bremer Mark, also dicke he dat brecke vnd des vortuiget wurde mit 2. Borgen vnbespraken ores rechts, cui quartam addo legem i): Schelden Borgere vnder sick vnnd sich dar tuschen ienich Mann wapende tho der schelle mit webre, binnen huse; ofte buten*

f) *statut. vnde ordele der Stadt Bremen, stat. LIII. tom. II. obseruat. Pufendor- fian. p. 52.*

g) *stat. LXVI. p. 55.*

h) *stat. LXXXV. p. 60.*

i) *stat. LXXXVI. p. 64.*

buten huse, wurde he des vortuget mit twen
 Mannen, vnbespraken obres Rechtes, de de Bor-
 ger sin, de schall die wapen tovorn geven vnser
 Stadt 3. Marck darto. Accedunt iis quoque
 sententiæ, legis virtutem consequutæ: to dem
 derdenmale schal he ohne vor Richten beden laten
 mit tugen, de de Borger sin k): ein Borger
 mach tuigen vp enen Gast mit twen andern
 Borgeren, vnbespraken ores Rechts, also hoch alse
 de Schuld lopt l), do der Amptmann aver storve
 edder entweke van nude edder van noth, mach
 de Kleger dat tuigen dat hie ohne dat guth
 hebbe to makende gedan, mit twen borgeren, vn-
 bespraken obres Rechts m). Ab his diuersæ sunt
 aliæ Bremensium leges, quæ distinguunt lites
 ac dispicere iubent, num illæ vnius ponderis,
 quod *marcam* vulgo vocant, summam at-
 tingant; an illam superent? In illis omnes
 ciues; in his vero solum iuratos; siue die
Schwarzen testes habiles esse volunt. Perspicue
 id videmus hisce ex verbis n): wat klage
 kumpt vor dat Gerichte, de hoger is, wen eine
 marck, dat schall men tuigen mit Swarnen,
 wurden de Tuigen byspracket, dat se nicht en
 hadden getuiget alse sick de kleger tuigens vor-
 mede, dat schal he dohn mit anderen Swarnen.
 et alio loco o): vnd mach he dat tuigenn mit
 guden luiden, vnbespraken ores Rechtes, lopt idt
 hoger

k) ordel xxxiii. p. 33.

l) ordel xxxii. p. 87.

m) ordel lxii. p. 92.

n) ordel iiii. p. 71.

o) ordel xxv. p. 81.

hoger den eine marck, so sollen swarne wesen.
 Confirmat eandem rem eamque potius ad-
 huc clariorem reddit aliud effatum p): *wor-*
de om averst wes gegeven, dat se bewisen mocht-
ten mit swarnen, des mochten se geneten. We-
re de Sake nicht hoger den eine marck, dat
mochten se tuigen mit 2. vnberuchteden Bor-
gen, quibus cum verbis alius locus q)
 est coniungendus. Quamuis omnes hæ le-
 ges in litibus, vnius marcæ pretium antece-
 dentibus testium munus imponant iis, qui
 iureiurando sunt obstricti, *denen Swarnen,*
 ideoque ciues remouere videantur; tan-
 tum tamen abest, vt hoc iubeant; vt con-
 firment potius ac corroborent documentis,
 solos ciues testes esse habiles. Ea quidem
 alioquin in Saxonia vltiore adpellationi
derer Swarnen fuit vis ac potestas, vt scabi-
 nos; siue iudicii adseffores denotaret. Sic
 adhibetur hoc vocabulum in iure terræ
 veteris r): *wor ock Lude im Lande twistig*
weren, de mogen de Landschwaren vp euen
Karckhofen vordragen, idt sy den Sake, dat min
G. H. Brocke darinne hebbe, schölen de Land-
schwaren nicht handelen buthen wehten der Gre-
ven und Landschwaren alle, cui alium addas
 locum s). In iure Femariensi anni c15ccc

F

XXVI.

p) ordel xxxviii. p. 86.

q) ordel vii. p. 77.

r) iure terræ veteris, des 1. p. 532.

alten Landes, artic. von s) artic. von Wunden und
 Twiepart, adiecto cel. Schlägens p. 538.

XXXVI. distinguuntur *die Buerschwaren* ab *denen Landschwaren* t) atque in eo, quod tt) anno CIO IO LVIII. latum est, mentio fit *der ehrsamen Cammerer vnd Schwaren vnd alle vnse vnderfathen der Ober-Mittel- vnd Nedder Caspeln*, vt copiosius hac de re differunt HENR. SEDORFIVS u), auctor *parergi Boddingici* x), NODTIVS y) ac IO. CAR. HENR. OELRICHS z). Libens hoc concedo; sed in nostris legibus aliam notionem subesse vocabulo: *die Schwaren* hocque eos viros significare, qui electi sunt e ciuium numero, vt in rebus cuiusdam momenti ferrent testimonium, iam obseruant: FRIDER. ESAI. PVFENDORFIVS a) ac IO. CAROL. HENR. DREYERVS b). Prior quidem existimat, hos homines ideo hoc nomen esse sortitos, quod ciuium iureiurando sint obstricti; mihi tamen videtur verisimilius, illos iurato promittere oportuisse, se semper veritatem dicturos esse hancque ob

rem

z) apud DREYERVM, *zum Schleswig-Hollsteinischen Sammlung vermischter Abhandlungen, part. II. p. 1020.* zum Schleswig-Hollsteinischen Geschichte, tom. I. part. VI. p. 629.

tt) conferas eundem, loc. cit. p. 1034. z) de *Bodding et Lodding, iudiciis Germania*, §. XV. p. 30.

u) *Ditmarsia libera*, inserta in tom. III. *monum. inedit. perillust. DE WESTPHALEN*, p. 1837. a) de *cespitalitat. in testib. habilibus*, §. XII. p. 49.

x) *parerg. Gottingensibus*, tom. I. libr. III. p. 129. b) *not. ad ius Bremense*, tom. II. *obseru. iuris vniuers.* p. 71.

y) in *denen Beytragen*

rem per eminentiam esse vocatos *die Schwaren*. Ita enim Bremenses c): *Ock we to Schwarne gekaren wert, de schal schweren, dat be dem Rade vnd der Stadt holt vnde truwe wille wesen vnd rechte tuichenisse dohn, noch dorch leve edder leid, dat obme Godt also helpe.* Nostra tamen haud interest, qua ex ratione nomen hoc acceperint satisque habemus, illos e ciuium numero esse creatos.

§. V.

HAEC de Bremensibus: Brema reuertimur Hamburgum. Supra iam de Hamburgensibus tradidi, eos solum admisisse ciues testes in iudicio. Probauimus id ex iure Hamburgensi, quod *vetus* vulgo vocatur; sed videamus quaeso etiam ius *antiquum*, quod in fine seculi quinti et decimi statutum esse, demonstraui RICHEY d), quodue nuperrime primum e latebris, in quibus tot annos fuit absconditum, eruit perillustris CHRIST. DE NETTELBLA e). Quem supra recitauimus iuris antiqui locum, eum quidem translatum inuenimus in ius *vetus*; sed paululum mutatum, ita vt facultas testimonium ferendi, ciuibus olim solum adsignata, communicata sit cum feruis burgensium omnibusque, Hamburgi vitam degentibus f): *so woor een Man dem andern*

F 2

vna-

c) statut. lvi. p. 52.

prouinc. et statutar. p. 635.

d) loc. citat.

f) art. xii. van Vorsate,

e) tom. 1. thesaur. iuris §. 4. p. 699.

vnwarings anlopt vnde ehne schleit mede eenem
 Stocke, effte Steene, edder des gelyck, de schal
 beteren een gantze vorsate vnde men schall ehme
 von dem Brocke nich inne laten vnde schicht
 idt by Nachte, idt mögen woll tügen allerband
 Lude, de gude Lüde syn, vnde vnse Borger, ed-
 der Borgerknappe syn, edder hier wahnbaftig
 syn vnd dem Rechte de Broecke darna be schikt.
 Abrogata reuera videtur hoc loco consuetu-
 do, in omnibus caussis grauis momenti ex
 ciuibus testes sumendi; illam tamen qui-
 busdam in caussis esse retentam, alius locus
 amplissimum nobis præbet documentum g):
 So we mede eener Wyff Noth begrepen
 werdt, edder mede den Schichten getüget
 van den Nabern, effte van goten Lüden, dat
 schall be beteren mede synes süluest Halse.
 Schicht idt by Tage, idt schollen tügen beseten
 Lude vnde schicht idt by Nachte, idt mögen
 woll tügen unbeseten Lude, de gode Lude syn
 vnd vnse Borger sin.

§. VI.

IVRIBVS, quæ in ciuis caussa ciuis requi-
 runt testimonium, merito adiungenda cen-
 seo statuta Ienensia. Ego quidem iam non
 definiam, quo anno hæc vrbs, pristinis tem-
 poribus non minus; quam nostris clara, le-
 ges suas condiderit; illas tamen, de quibus
 nunc loquor, iam seculo decimo quinto vi-
 guisse

g) art. XIII. van pienlichen Saken, §. 10. p. 702.

guisse ideoque semper eam mereri auctoritatem, quæ alioquin tribuitur huius ætatis iuribus, ex codice liquet, quem inspiciundi, a fautore, cl. MULLERO, copia mihi est facta. Legumlatores, quum illæ conderentur, semper ante oculos positam habuisse regulam, parem paris testimonio esse conuincendum, certum est. Tanta saltem cura eam obseruare studuerunt, vt nec eam in iudæorum caussis negligi vellent. Non iudæo solum præceperunt, christiano teste vti, vbi contra eum, qui christo nomen dederit *b)*, agat: *der Jude vberczugit den cristenman, mit eyne cristin, vnd mit eyne Juden, Mag er abir des Juden nicht gebaben, be geczugit doch mit czwen cristen, das ist darumme, das des cristinmannes eyde bas czu gloubene ist, denne des Juden eide; sed, quod miraberis forsan, vsque eo processerunt, vt si reus esset iudæus, iudæi requirerent testimonium: der Cristenman beczugit den Juden mit eyne cristene vnde eyne Juden, had be des cristen nicht, so geczugit er doch mit czwen Juden.* Admodum quidem singularis hæc est constitutio; nec obuia in multis aliis germanicis legibus; ex illa tamen iam colligere licet, vt, quum Ienenfes, iudæum, omnibus alioquin iuribus atque immunitatibus carentem, teste,

F 3

ei

b) hæc sanctio continetur in codice satis fide digno, qui inscribitur: Copial-

buch'alter in pergamen geschriebener vrkunden vndt documenten, fol. 123.

ei dispari conuincendum non vellent: illos multo minus id permisisse in caussis ciuium. Consequens potius fuit, quum hæc de iudæis essent statuta, vt et de ciuibus cauerent, ne quis alius; quam ciuis contra eos testaretur. Duo hanc in rem in ipso statutorum codice i) exstant loci, qui hoc præcipiunt: *es magk nimant ein gezeuge sein zcu keinerley sachen vber einen burger, ber sey den ein besessen burger et alibi k): ein itzlichen besessen burger magk den andern selbdritte der zeugen nach vnsserm Stadtrecht, es trete an erbe, adder guth vnd ab der mensch wol tot were,*

§. VII.

Si curate ponderamus omnes has municipales functiones, quas recensuimus, in eas incidimus cogitationes: I. Differunt hæc leges potissimum in eo, quod nonnullæ grauitatem causæ, in qua testimonium ciuis requirunt, respiciant; aliæ vero eius rationem non habeant. Pleræque non dispiciunt, cuius momenti sit causæ; sed vbicunque in ius vocetur ciuis, ibi ciuem testem esse præcipiunt. In earum censum merito scribenda sunt iura Lubecense, Bremenfe, Salzwedelanum ac Ienenfe. Lubecenses generatim l) dicunt: *nen gastne mach tugen vñ ezen borger;*

i) Ienaisches Statutenbuch,
circa ann. MDCCCLXXIII.
fol. 43.

k) loc. cit. fol. 46. a.

l) cod. iur. Lubecens. arz.
CXXVIII. tom. III. mo-
num. ineditor. perill. DE
WESTPHALEN, p. 654.

ger: Bremenses m): worde ome averst mes
 gegeben, dat se bewisen mochten mit Swar-
 nen, des mochten se geneten. Were de Sacke nit
 hoger den eine Marck, dat mochten se tuigen mit
 2. vnberuchteden Borgen, Saltwedelenses n):
*extraneus - non potest conuincere burgen-
 ses in Saltwedele; nisi habeat testes in ciuitate
 manentes; Ienenfes o) vero aperte asserunt:
 es magk niemant ein gezeuge sein czu keinerley
 sachen, vber einen burger, her sey den ein be-
 sessen burger. Cum his iuribus coniungimus
 quoque statuta Rigensia p) ac Stadenfia q),
 quæ aperte iudicem iubent quærere testem,
 num fit ciuis? huncque poena adficiendum
 statuunt, vbi falso, ciuem se esse, fuerit glo-
 riatus. Ab his se distinguunt alia iura,
 quæ considerant, vtrum caussa sit alicuius
 momenti; nec ne? ac solum in illis; non
 vero in his, vt testes sint ciues, præcipiunt.
 Generatim itaque hæc ea de re non loquun-
 tur; sed negotia nominant, vbi soli ciues
 exhibere possunt testimonium. Sunt, quæ
 solum criminalia negotia memorant: sunt,
 quæ cum iis coniungunt quædam ciuilia.*

F 4

Cri-

m) statuta vnde ordele der
 Stadt Bremen, ord. XXXVIII.
 p. 86.

n) statut. ciuit. Saltwedel,
 tom. III. obseruat. iuris uni-
 uers. PVFENDORFII, p.
 399.

o) loc. citat.

p) statut. Rigens. art. XVI.
 tom. III. obseruat. iuris
 PVFENDORFII, p.

230.
 q) statut. Stadenf. tit. VII.
 §. 20. tom. I. obseru. iuris
 vniuers. p. 215.

Criminalia iudicia, ea, in quibus sæpe vita
 ciuis vocatur in discrimen, Hamburgenses,
 Gottingenses ac Vlzenses solum digna cen-
 sent, in quibus nemo; nisi sit ciuis, admitta-
 tur ad testimonium. Ex Hamburgensium
 sententia testes ciuitate frui oportet, quan-
 do velint probare, ciuem homicidio, in cu-
 ius suspicionem est vocatus, se haud cruen-
 tasse r): illum se polluisse criminibus rapi-
 næ, sacrilegii; vel incendiis): iniurias rea-
 les factas esse ciui t). Has nominant Got-
 tingenfes, quum de testimonio loquuntur ci-
 uis. Eiusdem ponderis habent exceptionem
 moderaminis inculpatae tutelæ u): *mochte
 be des hebben twene vser borghere to tughe, dat
 be eyne nothwere ghedan hebbe*; Vlzenses ve-
 ro ciuem, si accusatus fuerit, eum vectigal
 non pendisse, aliis ciuibus testibus conuinci
 iubent. Si a minori ad maius valet conse-
 quentia, vti eam valere, certum est, ex his
 colligere quidem possumus, si ciuis in
 maiorum criminum, homicidii, adulterii,
 furti magni venerit suspicionem, multo ma-
 gis ciues testes esse producendos, quamuis
 hæc

r) *cod. iuris Hamburgens.* tit. VI. §. 4. in perillustr.
 DE WESTPHALEN monum. inedit. rerum german. tom.
 III. p. 2099. brand gedan bebet. Probari
 id iubet per twen gude
 Man, de beseten sye vte des-
 sem Wichelde. Nonne ve-
 ro hi sunt ciues?

s) *tit. VI. §. 6. p. 3000.* dat he Rof edder enen Mord
 gedan bedde edder enen Ker-
 ken brocken edder enen Mord-
 t) *tit. XI. §. 3. p. 3015.*
 v) *art. XXVII. tom. III.*
obseruat. iuris vniuersi Pu-
fendorfanar. p. 161.

hæc iura id haud aperte iubeant; nondum vero ex eo sequitur, vt ex eorundem iurium sententia testis causæ ciuilibus ciuitate debeat frui. Sed hoc iubent aliæ leges, coniungentes cum causis criminalibus ciuiles, quæ cuiusdam sunt momenti. Flensburgensia statuta quidem eadem ratione; qua Gottingensia iniurias reales censent probandas per ciuium testimonia; ex eorum tamen sententia, y) testis etiam in hereditatis petitione ciuitate frui debet a). Aliæ actiones non quidem memorantur; ex silentio tamen non concludere possumus, hæc iura in reliquis litium generibus illos testes habere fide dignos, qui ciues haud sint. Quod si vero quoque id liqueret; hoc tamen iis, quæ hactenus tradidimus, non aduersatur, quippe etiam hæc leges paritatis testis cum reo habent rationem vel minimum in litibus magni momenti leuibusque solum superfedent: II. Quamuis alioquin admittantur ciues ad testimonium sine delectu; nonnulla tamen iura distinguunt ciues in eos, quibus sunt bona immobilia, atque illos, qui ea non habent: in ciues, qui iureiurando, vt verum semper testimonium exhibeant, sunt obstricti ciuesque, qui iusiurandum hoc haud præstiterunt, atque illis semper

F § maio-

x) art. xxxii. p. 133.

z) stat. 226. tom. iiii.

y) statut. Vlzens. tom. i. monum. inedit. WESTPHALOBSTRU. IUR. PVFENDORFII, LEN, p. 1940.

p. 244.

a) statut. 17. p. 1904.

maiores habent fidem; quam his. Quum
semper alioquin cespitalitatis in testibus ha-
bilibus veteres haberent rationem, id quod
iam planum fecit IO. CAR. HENR. DREYE-
RVS *b)*, factum esse satis constat, vt solum
ex Lubecensium decreto ciues, bona ha-
bentes, de rebus testimonium possent exhi-
bere, quæ sunt trium ponderum pretii; de
iis, quæ sunt vilioris, etiam testarentur ciues,
bonis carentes. Eandem ob rem dispice-
re iubent legislatores alii in criminibus,
num nocte; an interdiu ea sint commissa.
Quum his plures interesse possunt homines;
quam illis: aperte decretum est ab Ham-
burgensibus *c)*, Rigensibus *d)* ac Staden-
sibus *e)*, vt de iis delictis, quæ sunt perpe-
trata interdiu, solum ciues *possessionati*; de his
vero, quæ noctu, etiam interrogari possint
alii boni homines, modo sint ciues. Quum-
que tandem ii ciues, qui communi ciuitatis
consensu digni sunt iudicati, qui de rebus,
in controuersiam vocatis, possint interrogari
hincque iureiurando sunt obstricti, maiorem
fidem; quam ceteri merentur, Bremen-
sium scitum est, vt in rebus alicuius momen-
ti illi tantum sint testes. III. Sæpenumero
fieri potest, vt reus reprobatione defendere se
studeat quumque per id fit actori similis, talem
meretur actor fauorem, qualem habet alio-
quin

b) diff. sæpius laudata.

c) art. LXI. p. 243.

d) tit. XI. §. 3. p. 3015.

e) tit. X. §. 3. p. 223.

quin reus. Sapienter itaque constitutum est, vt et reus burgensibus vtatur testibus. Prouocamus hanc in rem ad statuta Vlzenfia f): *si theolonearius noster aliquem incusa- uerit, dicens, quod theoloneum deduxerit, ille se cum duobus burgensibus, domos in ciuitate ha- bentibus, expurgabit, atque ea, quibus utitur ciuitas Salzwedel g): incusatus cum ciuium suorum et non aliorum testimonio se defendet. Quibuscum Gottingensia h) coniungenda sunt, quæ homicidii reo, exceptione mode- raminis inculpatæ tutelæ sese tuenti, impo- nunt, vt hoc confirmet per ciuium testimo- nium: III. Quum ideo burgeneses testes esse oporteret, propterea quod maiore fide digni haberentur; quam extranei: illorum testimonium non modo in ciuium; sed et reliquorum criminum inquisitionibus fuit ne- cessarium, qua de re Hamburgensia i), Ri- gensia k), Stadenfia l), Flensburgensia m) ac Gottingensia n) testamur iura; quoniam vero V. in ciuilibus caussis nemo alicubi contra burgensem testis esse potuit; quam burgensis, euenit, vt inter interrogationes testium ge- nerales ea quoque locum teneret: *num testis sit**

f) loc. citat.

g) loc. memorat.

h) artic. xxxxi. loc. cit. p. 163.

i) tit. xi. §. 3. p. 3013.

Ibi enim ita codex incipit: *so welck man den andern**flegt*; nec solum de ciui- bus; sed de quibuslibet lo- quitur hominibus.

k) artic. lxi. p. 242.

l) tit. x. p. 223.

m) loc. citat.

n) art. xxxii. p. 163.

sit ciuis? Satis euidenter id loquuntur iura Stadensia o) ac Rigensia p). §. VIII. STATIM principio huius sectionis monui, regulam de burgenfi teste contra burgensem in eo differre ab antea memoratis Germanicis legibus, paritatem testis præscribentibus, quod quodammodo nostra quoque vigeat ætate. Rem extra omne dubium esse positam, tot iura municipalia, a me iam adlata, palam docent, quorum pleraque nondum sunt deleta; iis tamen recentiora addere possum. In nouissimo codice Hamburgensis iuris adhuc reperimus, quæ in priscis potentis huius ciuitatis legibus lata fuisse, supra tradidi. Ex eius sententia de homicidiis; vel de vulneribus, alteri inflictis, nemo; nisi ciuis; vel eius famulus testis esse potest: q) *von Kermundungen vnd Schlägen, die in oder vor dieser Stadt Mülen geschehen, mügen unbesessene Bürgere, vnd deroselbigen Knechte, die gute Leute sein, wol zeugen. Quid? quod in caussis alicuius momenti non omnes ciues; sed eos tantum, qui opulenti sunt bonaque habent immobilia, testari posse, ex iis vel ego quidem colligo, quæ sequuntur: da aber es an andern oertern geschehen, mügen sie nicht hober; als auf drey Pfund brüche Zeugnisse geben, ii nimirum ciues,*

o) loc. laud.

p) loc. memorat.

q) part. I. tit. XVIII.

§. 12.

ties, qui bonis carent. Et nisi omnia me fallunt, idem legislator vult, vt, si quis, se ciuem ære alieno obstrinxisse, adserit, id etiam probet per ciues. Tacite saltem id declarat, quum peregrino solum permittit peregrinis testibus vti: r) *ein fremder kan einem fremden umb Schuldt, die auferhalb dieser Stadt contrahiret ist, mit fremden guten Leuten vberzeugen.* Apud Lubecenses requiruntur testimonia ciuium in caussa liberali, si contra ciuem actio instituitur confessoria hicque ab illa liberare se studet per exceptionem, se ciuitatis iure vsurum esse per annum: s) *wenn ein Burger in einer Stadt, da Lubisch Recht gebraucht wird, Jahr vnd Tag gefessen hat vnd alsdann von einem andern als sein eigen Mann angesprochen vnd solches mit zeugen, dass er eigen were, beweisen würde, dagegen kan der Burger durch Rathmanne; ader besessene Burger wahrmachen, dass er über Jahr vnd Tag am Burgerrecht vnd Burger gewesen vnd in der Zeit vnbesprochen blieben, so bleibet er der Anspruch ledig vnd frey.* Cum his coniungimus demum ius prouinciale Franconicum t), in quo sequentem deprehendimus locum, memoratu profecto dignum: *wann aber die Partbeyen ihre Klage, oder Einreden mit lebendigen Kundschaften zu beweisen bedacht wæren, stebet ihnen bevoor, solche*

r) part. 1. tit. xviii. §. 11.

t) Franckische Landgerichtsordnung, tit. xv. §. 8.

s) libr. 1. tit. xviii. art. 3. p. 67.

*che Zeugen, sonderlich wann sie in vnserer Stadt
Würtzburg gefessen, vor vnserm Landgericht
surzustellen.*

SECTIO SEXTA
DE MASCULO CONTRA REVM
MASCVLVM TESTE.

§. I.

QUOD vetus ille germanicus poeta in ele-
ganti suo poemate, non minus salibus
ac facetiis sparso; quam ritibus, quos narrat,
patriis referto, de vulpe canit: u)

Intleste dat ick korte dese Wort,

Quemen etlycke tueghe daruort,

Dat waren vprichtighe WARAFTIGE MANS.

Se tuegheden over Reinecken bel on gantz,

Schuldig tho wesen in der missethaet,

eundem quoque morem obtinuisse in foris
nostratium: litigantes testium respexisse se-
xum ideoque nec sequioris teste conuinci se
esse passos, planum atque apertum est. Quum
testis reo debuit esse par: ex eo college-
runt quoque: VBI MASCVLVS EST REVS
MASCVLVS QVOQVE TESTIS ESTO. Ulti-
mum iam hoc est confectarium, quod ex su-
pra memorata regula deduceretur.

§. II.

Eo tempore, quo parentum nostrorum
animi maxima adhuc occupati erant in-
huma-

u) *Reinecke Fuchs, cap. xx.*

humanitate ac barbarie, summo in dignitatis honorisue gradu collocatas esse constat feminas. Quum eo prolapsa esset Germanorum adulatio, vt teste TACITO x), sanctum quid feminis inesse ac prouidum putarent hancque ob rem iis cum diis arctissimum fere esse consortium, crederent: non fieri fere potuit; quin illæ cultui deorum ac religioni inferuissent: vaticinandi munia obirent: in pugnis victoriam potissimum procurarent, id quod doctissimorum virorum multi y) monstrarunt. Immo in ipsa iudicia, a quibus alioquin feminae penitus arcentur, intrandi potestas iis est facta. Grauiissimas lites dirimere ac sedare poterant sententiaque ab iis prolata, litigantes adquieuerunt totaque controuersia fuit sublata. Memoratu profecto digna

x) de moribus Germanor. cap. VIII.

y) MARTINIUS de la religion des Gaules, tom. II. libr. 4. cap. 4. IO. PICCARDVS, antiqu. Drenth. distinct. VIII. p. 46. ill. GEORG. HENR. AYRERVS de gynaiocrat. tutel. viduar. illustr. part. I. cap. 3. CHAMBORT dans le discours de l'estime et de la consideration, que les anciens Germains auoient pour les femmes de leur Nation, inserto dans l'histoire de l'Academie des inscriptions, tom. III. p. 198.

ELIAS SCHEDIVS, de diis germanis syntagm. II. cap. XXXIIII. p. 643. IO. GEORG. KEYSLERVS antiquitat. select. septentrional. et Celt. p. 371. sq. IO. ALEX. DOERLEIN antiquitat. gentilitis Nordgau. p. 24. GOTTFR. SCHVTZIVS, in der dritten Sammlung der Schutzschriften für die alten Deutschen, num. III. p. 85. et IO. CAROL. HENRIC. DREYERVS in der Sammlung vermischter Abhandlungen zur Erleuterung der Rechte, part. II. p. 642.

digna sunt, quæ de Celtis scribit PLVTARCHVS z). Refert, inter eos bellum ciuile fuisse ortum hancque discordiam fedatam solum per mulieres: α) δέ γυναῖκες ἐν μέσῳ τῶν ὀπλῶν γινόμεναι, καὶ παραλαβῶσαι τὰ νεῖκη διήτησαν, οὕτως ἀμέμπτες καὶ διέκριναν, ὥστε Φιλίαν πᾶσι θαύμαστὴν καὶ κατὰ πόλεις καὶ κατ' οἴκους γινέσθαι πρὸς πάντας. ἐκ τούτου διετέλον περὶ τὴν πολέμου καὶ εἰρήνης βεβουμένοι μετὰ τῶν γυναικῶν καὶ τὰ πρὸς τὴν συμμαχίαν ἀμφίβουλα δι' ἐκείνων βραβεύοντες, mulieres autem inter media arma progressæ, cognitæ controuersis tam dextre eos et inculpate diiudicauerunt, vt admirabilis earum ex arbitrio amicitia omnium eum omnibus per vrbes singulasque familias exstiterit. Itaque in posterum a Celtis mos seruatus est, vt consultationibus de bello et pace mulieres suas adhiberent et lites cum sociis ortas, earum opera disceptarent. Cum his si comparamus effata illustria POMPONII MELAE a), POLYAENI b) et TACITI, qui vno loco scribit c): nec aut consilia earum adspernantur; aut responsa negligunt; altero d) vero de Velleda memorat, eius consulta atque responsa oracula, instinctu adflatuque diuino fusa esse habita e): amplissima profecto existant

docu-

z) de mulier. virtutibus, 50. p. 691. edit. PANCR. MAASVICII.

a) libr. III. de situ orbis; cap. VI. p. 162. ed. ABRAH. GRONOVII. c) de morib. germ. cap. VIII.

d) libr. IIII. histor. cap. 65.

e) copiosius id exponunt

b) strategem. libr. VII. cap. 10. GEORG. KEYSLERVS,

documenta, feminarum fuisse apud nostrates officium, lites iudiciarias dirimere. Hæc si consideramus, merito ducimur ad coniecturam, haud omni probabilitate carentem, feminis licuisse, in masculorum causis ferre testimonium ista ætate. Ex iis, quæ postea in legibus Burgundionum lata sunt *f)*: *si ingenuus per suspicionem vocatur in culpam tam barbarus; quam Romanus, sacramenta præbeat et cum vxore et filiis et propinquis sibi duodecim iuret*, quæue in legibus Wisigothicis legimus *g)*: *postquam puer; aut puella quatuordecim vitæ suæ annos impleuerint, sit illis in causis omnibus testificandi indubitata licentia*, nondum clare liquet, num hac ætate feminæ contra virum testari potuerint; nec ne? Nec itaque de hoc tempore constanter negare possumus, vxores hanc habuisse facultatem; sed longe aliter res se habebat, vbi Germani mores suos litteris mandarent statutaque sancire inciperent. Tanti aestimarunt virilem sexum, vt mulieribus personam standi in iudicio penitus denegarent *h)*; nec solum testimonium feminarum contra viros inualidum declararent; sed in

G omni-

loc. cit. et GOTTFR. SCHVTZIVS, de *Velleda* virgine Germanor. diuinis celebrata honoribus, in *Sylloge* exercitation. ad German. gentil. facientium, p. 27.

f) tit. viii. §. 1. p. 347.

g) libr. ii. leg. *Wisigothor.* titul. iiii. §. ii. p. 1903.

h) iur. prouinc. *Saxon.* libr. ii. art. 63. EVERARD. OTTO de tutela feminar. perpetua, cap. 2. §. 9. p. 80.

omnibus quoque negotiis alicuius momenti virorum requirerent præsentiam ac testimonium.

§. III.

INTER ea populorum Germanicorum iura, quæ a testimonio forensi contra masculos repellunt feminas, celeberrimo illi iuri Saxonico, quod *speculi* nomine satis notum est, princeps profecto locus est assignandus. Duo in illo existunt effata, quæ notatu profecto sunt digna. In altero non quidem aperte feminis facultatem, testimonium ferendi, denegat; hæc tamen dicit *i)*: *es mag kein furspreche seyn; noch on vormunden klagen - - Iglicher man mag wol fursprech seyn vnd gezeug, vnd klagen vnd antworten on yn den gerichtten, do er ynne vorfest ist.* Quo loco quum opponit feminis viros hosque testari posse adfirmat: eleganter obseruat FRID. ESAI. PVFENDORFIVS *k)*, REPGOVIVM simul per id memorata facultate feminas velle priuare. In altero loco *l)* hæc legimus: *wo ein Mann vber einen Mann zeugen will an sein Rechte, oder an sein gesund, oder an sein Leben, des muss der Richter selbsiebende seiner Ding manne oder andrer erbaren Leute, die ein Vrteil finden mögen, Gezeug seyn.* Non sine ratio.

i) libr. 11. specul. Saxon. cap. 63.

k) obseruat. ad Weichbildum Otterndorfense, tom. II.

obseruat. iur. vniuersi, append. p. 167.

l) libr. 1. art. 8.

ratione mentio hic fit testimonii viri contra virum. Hæc quum in iure Saxonico essent sancita, quod sponte tot populi adoptarunt: non potuit fieri, quin SVEVVS ista; vti multa alia, ex hoc fonte hauriret. Transtulit eadem in suum speculum; alia tamen ratione; siue, vt verius dicam, luculentius rem exposuit. Vbi enim testes inhabiles nominat: *wer nibt geziug mag gesin, inter eos refert m) vnd wip, wan umb etlich Sacke, die wir hernach nennen.* Promissis quidem haud stetit causasque definiuit, in quibus liceret feminis, testimonium perhibere, id quod optandum fuisset: attamen ex eo discimus, ordinarie feminas haud testes fuisse habiles. Qui non ignorat, qualis sit alioquin iuris Saxonici cum statutis municipalibus Saxoniae inferioris consensus ac conspiratio: ille non mirabitur, in legibus Goslariensibus hæc esse sancita n): *Kindere bynnen oren Faren, noch doren nach sinnelose Lude, nach Foden, nach Wivesnamen ne mögben nicht tugben,* quibuscum Weichbildum Otterndorfense est coniungendum o): *De ock nich soventein Jar errecket, mach nich Tuge wesen, desglichen Fruwen vn de Funckfrawen.* Omnia hæc vni-

G 2

uer-

m) *specul. Sueu. cap. xv. NITIVM, tom. III. script. §. 3. Brunsvicens. p. 528.*

n) *libr. II. tit. we tugben mach eder nicht. art. XIII. iuris uniterf. PVFBNDOR- apud GOTTFR. GVIL. LEIB- FII, p. 167.*

uerse ita prolata videntur, vt ab omni fere testimonio mulieres essent repellendi. Sequeretur ex eo quoque, vt id haud ob disparitatem testis; sed aliam ob causam forsan fieret, propterea quod non contra viros solum; verum etiam contra feminas feminis non liceret testari; sed minime ita interpretanda sunt hæc iura. SAXO tacitus solum denegat mulieribus facultatem, testimonii ferendi et SVEVVS causas excipit, quamuis eas haud nominet, vbi sequiori sexui crederetur. Quænam vero sunt hæc causæ? Profecto causæ feminarum. Illud enim euidentius testantur alia statuta. Prouoco hanc in rem ad sententias, a Bremensibus latis legisque habentes virtutem. Quamuis illarum vna rem quoque vniuerse videatur enunciare p): *dar en mach nein Pape edder Frawe iemande vortuigen vor unses heren Vagede, idt sy ome lauet edder entfangen mit Vormunde;* intelligendam tamen eam esse solum de rebus, in iudicio aduocati gestis, certum est. In altera enim hæc legimus q): *dar en mach nein Frauwe ofte Junckfrauwe einen Man vortuigen nenes dinges, idt en sy mit vnterscheide an anderen Ordelen in dissem Bolke geschreven.* Adiicio his leges Verdenses r): *nen Frauwe oder lungfrauwe mag nenen Man oder Borger avertugen nenes*
Din.

p) ordel xxxviii. p. 86.

r) statut. LXII. p. 99.

q) ordel xxxviii. p. 86.

Dinges, inn sy denn in vnderschedenen Sacken, daruan an andern Obrten in diussen Boeke geschreven is. Vtraque quidem statuta causas excipiunt, in quibus feminae contra viros possunt testari; illae tamen nos non feriunt. Vxori enim solum permittunt de eo testari, quod marito debetur; vel ei est promissum. Ita enim Bremenses s): *ein iewe-lick Frauwe mach wol betuigen ores echten Mannes schulde, de me ome schuldig was, do be leuede. Se mach ock betuigen wat iegen obren Man willkoret offte bekendt is.* Translata haec sunt ac de verbo fere descripta in statuta Verdensia t).

§. III.

SED conuerto me ad alterum statutorum genus, quae quidem non de testimonio, contra viros a feminis ferendo, loquuntur; in causis tamen alicuius momenti generatim virorum testimonium poscunt. Patet id ex eo, quod haec iura testes esse iubeant *bonos viros, gude Maenner.* Haud difficile esset, magnam eiusmodi iurium adferre molem; sed satis habebō, quaedam tantum nominasse. Iam in codice iuris Sufatensis, vulgato a consult. EMMINGHAVSEN, u) haec exstant: *si vero factum negare voluerit, duo probabiles vi-ri si adsunt, cogentur veritati testimonium*

G 3

perhi-

s) ordel xxxiii. p. 87.

sufatensibus, part. III. art. xx.

z) statut. I. XIII. p. 100.

p. 123.

u) in memorabilibus Su-

perhibere et sic non admittetur rei expurgatio: alio loco x): si duorum bonæ opinionis virorum testimonio probare poterit, super eo amplius in causam trahi non valebit, et alibi y): item si quis conciu suo bona sua ad negociandum commiserit, præsentibus viris idoneis, si infitari voluerit, conuinci possit. Quod quum cautum esset a Sufatensibus, imitati eos sunt Lubecenses virorumque testimonium desiderarunt in quibuslibet fere causis. In *iustitia Lubecensi*, edita a perillustri ERN. IOACH. DE WESTPHALEN z), sancitum est, vt bona hereditaria, antequam veneant, offerantur iis, qui sanguinis vinculo cum venditore sunt coniuncti, *adhibitis duobus; vel pluribus probatis et bonis viris a)*: vt in criminibus dolus probandus sit *per bonos viros, cespitalitatem in ciuitate habentes b)* et vt vulneratus confirmet testimonio duorum virorum, *septa sui domicilii, intra ciuitatem habentium, adgredientem habuisse arma letifera c)*; codex uero iuris Lubecensis, ciuitati Dantiscanæ missus d) occupationem fieri iubet absente præcone, *coram duobus bonis viris.*

Iura

- x) art. XXVIII. p. 125. *fit Vorsatz*, p. 625.
 y) art. XXX. p. 126. c) de testimon. vulnerati,
 z) *iustit. Lubecens tit. de* p. 627.
bonis hereditariis, tom. III.
monument. rer. inedit. p. 632. d) quem edidit IO. CAR.
 a) *tit. de bonis hereditariis,* HENR. DREYERVS in *der*
 p. 622. *Sammlung vermischter Ab-*
 b) *tit. qualiter probari pos-* *handlungen, tom. I. p. 458.*

Iura antiqua ciuitatis Ripensis e) hoc quoque continent: *quicumque alium cum armis mortiferis vulnerauerit; nisi se necessitate defendarit et conuictus fuerit cum octo bonis viris, domicilia sua in ciuitate habentibus atque in charta Ottonis ducis, accolis terræ nouæ data, f) scribitur: si patenti caussa non deprehenditur, suo iure euadet potius, quoniam vitam et innocentiam suam iureiurando septimus expurgabit viris prudentibus fide dignis.* Accedunt statuta ciuitatis Salzwedel g), quæ reos criminum conuinci iubent *per duos; vel tres viros probos ac honestos ac Bunzlauensia b): item quicumque testimonio super damno facto, super debito et pecunia debita producere voluerit, hoc facere eum oportet cum duobus viris possessionatis.* Hæc sunt iura latina, quæ testes habiles vocant *viros bonos.* Cum iis conspirant germanico fermone conscriptæ leges, quæ de testibus requirunt, vt sint *gute Mænnen.* In antiquioribus solum subsistamus. Susatenses i) dicunt: *des mag men overgaen mit twen bederven Mænnen.* Stadenfes k) probationem præcipiunt, institui *mit tween gude Man:* in Hamburgen.

G 4

gen.

e) apud WESTPHALEN, FIVM, tom. III. obseruat. iuris, tom. III. monument. inedit. ris, p. 402.

p. 2000.

b) artic. IIII.

f) tom. II. obseruat. iuris

i) Sæster Schrae, part.

vniuersi PVFENDORFII,

XVIII.

p. 8.

k) part. VII. art. 7. loc. cit.

g) apud PVFENDORF-

p. 211.

gensium legibus inuenimus l): dat is be-
 negher to beholtende in sinen Weren mit tweenz
 bederven Mannen de dar weren; in speculo
 vero Saxonico duo notanda sunt effata.
 Alterum: m) des sol er aber gezeugen haben,
 ob er es bedarf, an zweyen mannen, die das sahen,
 das er vergalt; ader zu gelten bot mit goldé;
 alterum vero n:) Saget aber der byrt, das es
 yhm nicht vorgetriben sey, das mus der man
 has bezeugen mit zweyen mannen, dy es sahen,
 cui addas ius prouinciale Femariense o):
 wenn iemand vor alle diese vnd andere Sacken
 beschuldiget worden vnd dar verlochende shall
 mit dber Mann de egen Eyde hebben, sick
 verklaren, welche derer Tuchnisse shall faste vnd
 by wehrden in aller machten bliuen. Non
 ignoro, vocabulum; Man priscis temporibus
 latam sustinuisse notionem hominemque de-
 notasse. Apud OTFRIDVM p) significat
 zu manne werden nasci: man bi manne, quem-
 libet. Quemadmodum wærmann masculus
 erat; ita dicebatur femina Wismann, id
 quod latius demonstrarunt; DAN. GEORG.

l) cod. iur. Hamburgens.
 art. VII. van Tughen, § 9.
 tom. II. monum. ineditor.
 German. perillustr. de
 WESTPHALEN p. 3005.

m) libr. I. art. LXV.

n) libr. II. art. LIIII.

o) apud illustr. DREYER-
 RVM, in der Sammlung ver-
 mischter Abhandlungen, tom.
 II. p. 1044.

p) libr. I. cap. 23. v. 61.

MORHOFIVS *q*), IO. SCHILTERVS *r*) DIETER. STADENIVS *s*) AC IO. AD. REINBOTHIVS *t*). Quæ quamuis ita sint comparata; ex iis tamen nondum liquet, in legibus, in quibus ad testimonium requiruntur *gute Mænnen*, feminis etiam facultatem testimonium dicendi tribui. Recte enim monet SCHILTERVS *u*), latiore huius verbi notionem esse omiffam, et legislatores *die guten Mænnen* latine conuertunt *bonos viros*, quæ adpellatio nunquam comprehendit feminas.

§. V.

NEQVE tandem silentio prætermitto illa iura septentrionalia ac cimbrica, quæ in quibusdam caussis solum solemnia poscunt testimonia. Sunt, quæ rem, in controuersiam vocatam, per testimonium iudiciale, *die Dingeswinde*: sunt, quæ eam per iusiurandum duodecimuirale probari volunt. Vtrumque soli masculi præstare possunt. De *Dingeswinda*, non est dubium; quin ad eam præstandam masculi essent necessarii. Patet id

G 5

ex

q) de lingua et poesi german. p. 126.

r) glossar. teutonico, p. 564.

s) explicat. voc. germ. bibl. p. 423.

t) in der Ercklærung des Worts Quabeltranck, quem libellum transtulit DREYE-

RVS, in die Sammlung vermischter Abhandlungen, tom.

I. p. 243. Addas velim:

HENR. SPELMANNVM, in glossario, p. 386. et IO. GE-

ORG. WACHTERVVM, tom. I. glossarii, p. 1034.

u) loc. excitat.

ex iure Iutico x): eine Dingeswinde is dat-
 iennige, dat gute Lude, de vp dem Dinge weren,
 betugen, wat se gesebn vnde geböret hebben
 Weiniger alse mit 7. Mænnen mach men nicht
 Dinge holden vnde so vele Menner Tuchenisse,
 is ein vullenkamen Dingeswinde aliisque do-
 cumentis, adlatis a CHRIST. BLVTINGIO y).
 Nihil aliud statuere possumus de iureiuran-
 do duodecimuirali. Quamuis alioquin in
 iureiurando illo purgatorio non necesse fue-
 rit, vt coniuratores essent masculi; illud ta-
 men requirebatur in prouinciis, septentrio-
 nem versus sitis. Nec fieri id fere potuit ali-
 ter, quum modus, per iusiurandum duodecim
 virorum rem confirmandi, a iudiciis duode-
 cimuiralibus originem traxerit, vt haud
 inepte conicit ERN. IOACH. DE WEST-
 PHALEN z). Ipsum sacramentum vocatur
 der 12. Mannen Eyd, Tolomondseid, Tyldereid,
 12. Lagfestmeneed 12. Laggiærdzmanneed
 quiue illud præstant, die lomvesten, eos esse
 viros legitimos, animaduertunt BLVTIN-
 GIVS a) ac WESTPHALEN b). Neque
 igitur

x) Iutischen Lowbuch libr.
 I. cap. XXVIII.

y) in glossa; oder grund-
 lichen Erklärung des Low-
 buchs, libr. I. cap. 38. p. 48.
 et in obseruat. cimbricis,
 obs. 8. tom. III. monum.
 inedit. de WESTPHALEN, p.
 2199. Adde illustr. HENR.

BROKESIVM, de veterum
 Dingeswinde, p. 17.

z) præfat. ad tom. III.
 manum. inedit. p. 62.

a) prouoco ad IOACH.
 BLVTINGIVM, obseruat.
 Cimbricis, obs. V. ERN.
 IOACH. de WESTPHA-
 LLEN,

igitur dubito, exclusas esse ab hac solemnī
probatione feminas.

§. VI.

DIFFERUNT itaque inter se iura, quæ
protuli. Nonnulla quidem feminas faculta-
tis solum expertes faciunt, testimonium fe-
rendi, vbi sint reo dispares, ac reus sit mascu-
lus; alia vero generatim, vt testes sint masculi,
præcipiunt hancque ob rem ab omni testi-
monio repellunt feminas. De his arbitra-
bitur forsan quispiam, illa statuere hæc non
ob paritatem testis cum reo; sed aliam ob
causam; verum enim vero persuasum ha-
beo, eandem ob rationem hanc sanctionem
irrepsisse in memoratas leges. Illæ qui-
dem haud distinguunt, vtrum sit causa viri;
an feminæ, taciteque simul declarant, duos
viros testes esse producendos contra reum,
cuiuslibet ille sit sexus; sed id haud impedit;
quo minus hæc iura in eorum referamus
censum, quæ paritatis habent rationem.
Quum testem reo parem vocamus etiam
illum, qui eminentiori; quam reus, fruitur
statu, vt supra monstratum est; Germani vero
viris semper meliorem; quam feminis tri-
buerunt conditionem, obseruante LEYSE-

RO

LEN, præfat. ad tom. III. vermischter Abhandlungen,
monum. inedit. p. 62. et 10. tom. II. p. 825.

CAR. HENR. DREYER b) libr. I. cap. XXII,
RVM in der Sammlung c) lac. memor.

ro d), haud reprehendendi sunt legislatores, postulantes virorum testimonium contra feminas. Eo accedit, vt apud Saxones femina in iudicio parere nunquam potuerit; sed semper illarum negotia procurare debuerint curatores litis, *die kriegische Vormunden*, quos etiam oportuit prius semper guarandam praestare. Testor hanc in rem REP-
GOVIVM e), *lungkfrauen vnd frawen*, inquit, *mussen aber vormund haben an iglicher Klage durch das, das man sie nicht vberzeugen möge, was sie vor gericht sprechen oder thuen. Wo es den Frawen zu den Eyden komt, die sollen sie selber thun vnd nicht ybre vormunder et alio loco f): es mag kein Weib fursprechen sein noch an vormunden klagen.* Morem hunc vsque ad nostram aetatem esse conseruatum, quis est, qui ignorat? Ex quo quum clare sequitur, vt omnes feminas a iudicii aditu Germani repulerint, non necesse forsan fuit, vt distinguerent causas, quum ordinarie semper contra virum ageretur ideoque omni tempore virorum testimonio esset opus. Dubitasse vel minimum olim quosdam, num vlla in causa feminis liceret testari, certum est. Consuluit quidam iuriconsultos veteres Magdeburgenses, num mulie-

d) meditat. ad pandect. Adde: 10. SCHILTERVM,
Spec. XIII. med. 3. tom. I. prax. iur. rom. exercit. X. §.
P. 137. 20. et EVER. OTTO-
e) libr. I. art. 46. NEM, de perpetua femina-
f) libr. II. art. 63. rum tutela, cap. II. §. 9.

mulieres de partu viuo possent testari, quum puerperio multi masculi raro interesse solent? Hoc vero in casu scabini sequentem tulerunt sententiam g): *hirauff sprechen wir vor Recht: mag die fraw zwo oder ander erber frawen gebaben, die ihr helfen getzeugen, das das kind gelebt hab, so bedarf sie weder man, noch keiner getzeugnus mehr, von Rechts wegen.*

§. VII.

In his iuribus varias iamiam deprehendes constitutiones, quæ regulam de viro viri testimonio conuincendo sapiunt; sed alios etiam eius effectus in foris quibusdam Germanicis inuenimus. Quum veteres ecclesiæ christianæ doctores pariter ac pontifices in canonibus suis ac decretis mulierum decreta declararunt fere inualida atque in Germania iam ante introductionem iuris canonici semper fere accidit, vt viri testimonia exhiberent, propterea quod contra viros viri solum testari possent mulieresque conspicerentur in foris rarissime: nostra adhuc ætate in nonnullis iudiciis magni ponderis non habentur feminarum testimonia. Distinguere tamen nos oportet causas ciuiles ac criminales. In illis nonnulla iura non quidem penitus remouent feminas a testimonio; non tamen solas feminas testimonium exhibere patiuntur; vel saltem statuunt,

g) part. 1. cap. 9. distinct. 3.

non-

nondum perfectam esse probationem, duabus feminis rem testificantibus. Vtriusque constitutionis exempla adferre possumus e statutis Sufatenfibus ac Friburgensibus. Sufatenses testimonio mulieris fidem habent, quod confirmarunt masculi *b)*: *item der eine Sippe leiden; oder sboren will, sall bringen 4. fromme Lude, darunter wol zween Frouen sein mogen, welchen das Erbe wissentlich oder kundig sey;* Friburgenses vero legislatores de viris; non tamen de feminis definiunt, quot sufficiant ad probationem, propterea quod has minore fide; quam illos, habent dignas. Hæc enim legimus *i)*: *welcher nun in rechtvertigung sin fürtrag bybringen wil, oder im bewisung vffgelegt ist, der thut gnug, wen er zwo personen man vnd wib die nit verworfen werden mögen, darstelllet. So aber allein wyber kuntschaft geben, so stat zu vnser erkantnuss, ob vnd wenn das gnug sige.* Sed ab his causis alia iura probe distinguunt criminales, etsi quoque in ciuilibus feminis faciant potestatem testandi. Quum tanto maiorem cautionem adhibendam esse censent in iis iudiciis, in quibus de hominis agitur capite: aliæ leges feminis penitus denegant facultatem, in illis testandi; aliæ iis demum

b) *Skrva antiqua et noua,* *i)* *Nueme Stadtrechten der form. des gemeinen Gerichts löblichen Stadt Freyburg processus, art. 5. tom. IIII. ann. MD IX. tract. I. tit. monument. inedit. Germania, p. 3098.*

inter testes concedunt locum, vbi deficient masculi. Inter illas, quæ nullo modo permittunt feminis testimonii dictionem, referenda sunt statuta Friburgensia k): item, so man vmb lib vnd leben oder vmb ere verliering klaget, darinnen mögen wybsbild nit kundschafft geben. Ad has, quæ feminas solum admittunt, vbi masculi non exstant, spectant ius prouinciale Bauaricum, quod hæc iubet l): item die Weiber mögen nit zeugen sein in peinlichen Malefitzsachen. Doch wo man peinliche Handlungen anderst nit, dann durch die Weiber erfahren möcht, dadurch das Gericht bewegt wurde, solches bey den Weibern zu erkundigen; oder zu erfahren, so möchte solche der Weiber Kundschafft vnd sag dem Gericht oder obrigkeit ein anzaig vnd vermuetung zu ferner strengen Frag vnd Handlung thun vnd geben, ac ius Solmense m): Item Frauenpersonen werden in Testamenten, darinnen Erben gesetzt werden, zu zeugen nicht zugelassen. Desgleichen auch nicht in peinlichen Sachen, man möchte dann durch andere Zeugen sonst die Wahrheit nicht haben. Dann alsdann möchten Weibspersonen auch in peinlichen Sachen in subsidium zur Kundschafft gelassen werden. Neque aliud iubet ius prouinciale Austriacum n): dass eine misse-
that

k) loc. citat. p. 18.

l) Bayerischen Landrecht-
gerichtsordnung, tit. VII.
leg. 24.

m) der Grafschafft Solms

Gericht vnd Landesordnung,
part. I, tit. XXVII. §. XV.n) Kayfers Leopoldi neue
Oesterreichische Landgerichts-
ordnung, part. II. art. 8. §. I.

that wenigist durch zween v u rwerffliche v n-
 datelbaffte Zeugen, darunter auch die Weibs-
 bilder, wann man keine Mannspersohnen haben
 kan, zu verstehen, erwiesen werden muss, quo-
 cum conspirat ius prouinciale Wurtemberg-
 icum o). Non me fugit, ex sententia iu-
 ris communis in teste ad sexum non esse re-
 spiciendum. Fidem meretur testis, siue sit
 masculus; siue femina; modo inter eos lo-
 cum sibi vindicet, die redlich, v nbeleumt,
 vnd sonst mit keiner rechtmæssigen Vrsach zu
 verwerfen sind, vt id iubet Carolus V. p) ab
 eius tamen constitutione aperte abhorrent
 supra memorata iura et simul requirunt, vt
 testis sit masculus, quoniam veteres Germa-
 ni non solum fori aditu; sed etiam te-
 stimonio prohibuerunt feminas.

§. VIII.

NEQVE igitur prisca lex Germanorum de
 viro viri testimonio conuincendo inter eas
 sanctiones locum tenet, quæ inueterarunt
 penitus atque ab introductis iuribus pere-
 grinis pulsæ sunt ac fugatæ. Ex his quum
 illico potius patet, vtrumque testimonium,
 cum burgensis; tum masculi præstantiam
 suam adhuc habere, quam olim erat

con-

o) part. I. tit. 36. §. I. LYNCKER, *consil. et respon-*
sem die Weibspersonen. *sor. tom. II. consil. xviii.*
 p) C. C. C. art. 62. Vi p. 75. et IO. RVDOLPH.
 deantur: IO. ZANGERVS ENGAV, *elem. iuris crimi-*
 de tortura reorum, cap. 3. *nal. libr. II. tit. xv. membr.*
 NICOL. CHRIST. L. B. A i. p. 396.

consequuta in caussis burgensium ac viro-
rum: merito ex eo iam, ad extremum,
capió documentum, principio quoque iuris
Germanici sublató, nondum per id confecta-
ria tolli, ex isto deducta. Mirum forsan fo-
ret rabulis, qui formularum solum iudicia-
riarum sunt cantores, ex sententia legum
Germanicarum testem vnam cum reo
habere debere conditionem, quum iudi-
cem nunquam viderint eius habuisse ratio-
nem. Certum profecto est atque expeditum,
nostra ætate iudicem non respicere testis
conditionem, modo sit honesta atque ita
comparata, vt nihil detrahat de fide testis,
etsi quoque multum dispar esset reo. Ad-
quiescit iudex, si solummodo exploratum
habet, testes esse *ehrliche, fromme, unbeschul-
dete Leute*, vti Eyderostadienses *q)* ac Lu-
becenses *r)* loquuntur, hoc est, homi-
nes honestos, quorum vitæ dedecus infam-
iæ non inhæret; nec iniusta est turpitudi-
nis nota. Neque igitur ad paritatem testis
cum reo; sed ad eius potius honestatem ex-
plorandam interrogatur, quis eius sit sta-
tus quaue ratione ea paret, quæ suppe-
ditant ad cultum victumque: *wes Standes
vnd Herkommens Zeuge sey: von wannen: wes
Profession vnd Religion er sey?*

H

§. VIII.

q) Eyderstædisches Land-
echt, libr. 1. art. 10.

r) ius Lubcense, libr. v.
tit. VII. art. 4.

§. VIII.

QVAE quamuis ita se habeant; restiterunt tamen semper in foris quibusdam effectus iam inueteratae consuetudinis, contra reum testem ei parem producendi. Sunt nonnulla negotia, de quibus solum ciues ex sententia quorundam iurium possunt testimonium ferre: aliis viros semper interesse oportet; quaedam vero leges in causis alicuius momenti repellunt a testimonio feminas. Omnia haec quum satis superque a me sunt demonstrata, adiicio iis solum consuetudinem, testem de statu eius interrogandi, ac iusiurandum, quod vocant *malitia*, a legibus iudiciariis Saxonis ei impositum, qui extraneos producit testes. Ex statu hominis non elucet eius honestas. Quam quidem ob rem libens adsentior illustri DREYERO s), qui quaestionem: *wes ständes Zeuge sey* usitatam hodie quidem; non tamen, ipso STRYCKIO t) iudice, utilem ab iis temporibus deriuat, quibus testem reo parem esse oportuit, quibusue hanc ob causam Stadenses u) ac Rigenses x) testem in causis ciuium interrogarunt: num sit ciuis? Sanctio itaque memorata parens fuit huius quaestionis. Quumque eandem ob rem olim omnes extranei repulsi sunt a testimonio-

s) de *ospitalitatis requisiti* p. 15.
 to in *testib. habil.* p. 96. u) *loc. citat.*
 z) de *interrogat. ineptis,* x) *loc. memorat.*

stimonio: ideo forsan hodierno tempore nemi-
 ni licet, testes producere extraneos; quam ei,
 qui ante præstitit iusiurandum malitiæ.
 Hoc enim iubet ordinatio emendata proces-
 sus Saxonica y): darbey aber auch alle Um-
 stände wohl erwogen vnd darauf mit Fleiß
 Achtung gegeben werden, dass man nicht et-
 wa ausländische weit entseffene Zeugen nur
 zum Verschleif der Sachen angebe; da auch
 solches vermerkt, mag man wohl noch Gelegen-
 heit dem Producenten, ehe vnd zuvor ihm die
 Compassbriefe ertheilet, das iuramentum ma-
 litie auferlegen, cui addas Isenacensem z):
 darbey aber mit Erwegung aller Umstände
 fleißig zu beobachten, darmit nicht etwa weit ent-
 seffene Zeugen nur zur Verzögerung der Sachen
 angegeben werden vnd da man solches vermer-
 ket, ist nach Gelegenheit dem Producenten vor
 Ertheilung bemelder Compassbriefe das iura-
 mentum malitiæ aufzuerlegen. Idem præci-
 puunt ac volunt constitutiones Gothana a)
 et Schwarzburgensis b).

y) Chursächsische verbeß. Proceß vnd Executionsord-
 nung, tit. XII. §. 28.
 Proceß vnd Gerichtsordnung, lit. XXIII. §. 11. addas man-
 datum in Streitigkeiten bey Bergsachen, adiectum
 ordination processus, p. 104.
 z) Eisenachische Gerichts-
 a) Gothaische Gerichts-
 ordnung, part. I. cap. 10. §. 22.
 b) erneuerte Schwarzbur-
 gische Gerichtsordnung, tit.
 XIII. §. 5.



H 2

INDEX

INDEX SECTIONVM.

SECTIO I. DE ORIGINE AC VERA INDOLE PA- RITATIS TESTIS CVM REO, P. 3	SECTIO IIII. DE LAICO CONTRA REVM LAI- CVM TESTE, 55
SECTIO II. DE LIBERO CONTRA REVM LIBE- RVM TESTE, 24	SECTIO V. DE BVRGEN- SI CONTRA REVM BVRGENSEM TESTE, 68
SECTIO III. DE PAGENSI CONTRA REVM PA- GENSEM TESTE, 39	SECTIO VI. DE MASCV- LO CONTRA REVM MA- SCVLVM TESTE, 94



Traité jur. civ.
1746 m

Les Auteurs 390

